NAZ.
le III

BIBLIOTECA NAZ.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII*
A
53
NAPOLI
108
C
54
29

Digitized by Google

Digitized by Google

quentiam ambiunt. In uſum Chriſtianorum haud ita nuper eundem recenſuit, & Verſione Latinâ illuſtravit Vir Cl. D. Alardus Uchtmannus, Linguæ Hebr. Prof. Lugd. Batav. Ab hac virtute laudatur & liber מְשַׁל הַקַּדְמוֹנִי *Meſchal Hakkadmoni*, ad vim, virtutem, uſum & elegantiam linguæ Hebrææ oſtentandam, præcipuè conſcriptus. Ex his utile erit, elegantes phraſes excerpere, & in locos communes redigere, ut, cum uſus ipſorum eſt, inde depromi poſſint. Poëſeos Hebraicæ ſtudioſi commendatum ſibi habeant librum, qui vocatur מחברות עמנואל *Mechabberos Immanuel*. In eo omnis generis & argumenti Metra & Rhythmos invenient, tantâ elegantiâ, copiâ, eloquentiâ & arte, ut lectores intelligentes in admirationem ſui rapiat. Duplex habetur ejus editio, Prima prodiit Conſtantinopoli apud Gerſonem Schunzem An. Jud. 300. Chriſti 1540. Altera Venetiis. Hæc autem inter has duas editiones eſt differentia, quòd Metra in editione Conſtantinopolitanâ ſint punctis veſtita, quæ in editione Veneta omiſſa.

VII. Sed ſufficiant iſta quoque in genere de Stylo Hebraico. Potuiſſent quidem ſingula fuſius explicari, & exemplis etiam illuſtrati. Sed propoſiti noſtri hac vice duntaxat fuit, Generalem *ὑπογραφὴν* & delineationem hujus ſtudii proponere, & inſtrumenta neceſſaria indicare. Hoc conſilio & his inſtrumentis qui uſus fuerit, is brevi temporis ſpatio haud pœnitendos fructus reportabit. Vidi, qui hac methodo intra vertentem annum mediocria fundamenta in omnibus ſex hujus Studii partibus jecerunt, & euſque ſunt progreſſi, ut proprio Marte ulterius progredi, ſeque ipſos, adhibitis ſubſidiis, commodè juvare potuerint. Si præter indicatos in hoc conſilio authores alii ſint vel æquè commodi, vel commodiores, qui ad meam fortè notitiam non devenerunt, eos quilibet iſtis adjicere & conjungere poterit.

FINIS.

V I F 1
A 5 0 3 6 3 7

eruditis,ſit artifiicum,quomodo illæ formandæ,quis ſtylus obſervandus, nemo inter Chriſtianos hodiè oſtendit præter Parentem meum. Qui itaque id noviſſe cupit, legat libellum ejus, cujus titulus; *Inſtitutio Epiſtolaris Hebraica, ſive, De conſcribendis Epiſtolis Hebraicis liber, cum Epiſtolarum Hebraicarum centuria, ex quibus quinquaginta punctatæ, Latinè explicatæ ſunt, & Notis illuſtratæ: Acceſſit Appendix variarum Epiſtolarum R. Majemonidis & aliorum Rabbinorum, Baſil. apud. Ludovic.* König.

V. Ligatæ orationis partes ſunt duæ, *Metrum & Rhythmus*. *Metrum* eſt, quod vel certum ſyllabarum numerum tantùm, vel certæ menſuræ pedes, certis locis collocatos, ſimul continet. *Rhythmus* eſt numerus poëticus, certum ſyllabarum numerum, certis clauſulis, terminatum, continens. Hujus ligatæ orationis artificium & elegantiam apud Hebræos qui noviſſe cupit, adeat & hîc Patris mei *Tractatum de Proſodiâ Hebræorum, qui Theſauro ejus Grammatico eſt adjectus.*

VI. Poſt hos, ſi quis linguæ Hebraicæ in ſcribendo nitorem, elegantiam, puritatem, & ſplendorem videre & imitari ulterius cupit, legat *Hakdamos*, i. e. Præfationes librorum Judaicorum. In iis enim quisque author eloquentiæ ſuæ vim oſtentat, & omnimodum cultum Orationis ſtudioſiſſimè ſectatur. Sed & ab his virtutibus inſigniter præ aliis omnibus commendatur liber qui vocatur בְּחִינַת עוֹלָם *Bechinas olam*, qui cum illuſtri Commentario eſt editus, & de vanitate mundi agit; Hunc Judæi legunt, quotquot elo-

quentiam

annos in lucem editus, & notis eruditis illuſtratus eſt à Joſepho de Voiſin Burdigalenſi, Pariſiis, apud Maturinum Henault. Anno 1651. In his & ſimilibus libris multa etiam ex Talmud, & aliis libris, paſſim citantur,& Latinè vertuntur, quæ Hebraiſmi ſtudioſus in ſuum uſum poteſt convertere.

VI.
DE STYLO.

I. Verbum addam etiam de ratione & modo ſtylum formandi & exercendi. Quæ enim præceſſerunt, ea conſiſtunt in Analyſi & lectione authorum Hebraicorum. Ex iis Geneſis, hoc eſt novi operis ſcriptio eſt petenda, & ad illorum normam conformanda.

II. Stylus ab Hebræis is maximè commendatur, qui quàm proximè ad puritatem linguæ primævæ accedit. Hæc autem, cùm in ſolis libris ſacris permanſerit, ideò quoque doctiſſimi in ſtylo judicantur, qui ad imitationem locutionum ſacrarum, ſermonem ſuum formare, atque adeò locutiones ejuſmodi artificioſè ad ſuum propoſitum, & res familiares applicare norunt.

III. Prout autem oratio eſt vel ſoluta ſive proſa & ligata, ita qui hic vult excellere, anniti debet, ut in utroque aliquid præſtare queat.

IV. Solutæ orationis modi docentur in Syntaxi: elegantia autem & nitor diſcendus ex bonis authoribus. Hujus ſtyli uſus hodiè potiſſimum eſt in ſcribendis Epiſtolis Hebraicis. Quodnam autem Hebræorum in Conſcribendis Epiſtolis, familiaribus & eruditis

titulo, *Clavis Talmudica*. Item ספר כריתות *Sepher Kriſus*, Authore R. Schimſchon מקינון editus Cremonæ in 4. An. Jud. 218. Extant & alii. Cùm verò nimis prolixum foret hic omnes commemorare, brevitatis causâ remitto eum, qui hos & alios libros Hebræorum ſcire cupit, & copiam eorum ſibi comparare, ad *Bibliothecam Rabbinicam* Patris mei in qua libri Rabbinici, quotcunque tum indagari potuerunt, ordine alphabethico in aciem ſunt diſpoſiti, cum ſingulorum argumentis, & locis impreſſionis.

XI. Permultum etiam juvat hoc ſtudium, cognitio Rituum Judaicorum. Rebus enim præcognitis tanto facilior quoque evadit verborum ſenſus & intellectus. Hinc & iſtiusmodi libri ſunt comparandi, qui res Judæorum Eccleſiaſticas, Politicas, & Oeconomicas tractant. Tales ſunt, *Caroli Sigonii de Republica Hebræorum : Cornelii Bertrami liber de Politia Judaica tàm Civili quàm Eccleſiaſtica : Petri Cunæi de Republica Hebræorum*, Lugd. Batav. Anno 1617. *JOHANNIS BUXTORFII Synagoga Judaica*, in qua tota fides Judaica, cum omnibus ipſorum ceremoniis, ritibus, ſtatutis, &c. abſolutiſſimè deſcribuntur, edita Germanicè & Latinè. His adde eos authores, qui contra Judæos, ex ipſorummet libris, ſcripſerunt & diſputarunt, ut eſt Petrus Galatinus *de Arcanis Catholicæ veritatis* : quamvis hic omnia ſua, (ſuppreſſo tamen nomine) deſumpſerit ex libro *Martini Raymundi* quem vocat, *Pugionem Chriſtianorum, ad impiorum maxime Judæorum perfidiam jugulandam*, qui author ante 400. circiter annos vixit. Ante paucos

annos

Latinam ſunt translata. Atque ab his, ſi quis talia nanciſci poterit, initium hujus ſtudii poterit facere, maximè, ſi vivo præceptore ſit deſtitutus. Ita *Conſtantinus l'Empereur edidit Talmudis Babylonici Codicem* Middoth, *ſive, de Menſuris templi, unà cum verſione Latina & Notis, Lugd. Batav. apud Elzevirios, Anno* 1630. Item *Bava Kama*, de Legibus Hebræorum forenſibus, Lugd. Batav. Anno 1637. Sic prodierunt Amſterodami apud Joannem Janſonium An. 1629. *Duo Tituli Talmudici Sanhedrin & Maccoth, quorum ille agit de Synedriis, Judiciis, ſuppliciis capitalibus Hebræorum: Hic de pœna falſi teſtimonii, exilio & aſylis, flagellatione.* Extat quoque Caput ultimum Tractatus Sanhedrin, quod vocatur *Chelek*. Germanicè verſum à Chriſtiano Gerſon, Judæo Chriſtiano. Atque hujus generis, ſi qui alii extent, cultor hujus ſtudii ſedulus diligenter indagabit & comparabit. Magno enim cum fructu & ſucceſſu verſiones iſtas cum originali lingua conferet. In hunc uſum adhiberi poterit quoque liber Germanicus Judæorum. מעשה בוך dictus *Maaſe buch*. Continens varias hiſtorias ex Talmude depromptas, in uſum fœminarum & illiteratorum.

X. Quia verò ad hujus ſtudii majorem perfectionem conſequendam, jam ipſi Hebræi quoque ſunt conſulendi, qui etiam peculiares libros ſcripſerunt ad Talmudis intelligentiam, proderit & horum librorum notitiam aliquam habere. Talis eſt סֵפֶר הֲלִיכוֹת עוֹלָם *Sepher halichos olam*, quem recenter latinè vertit Conſtantinus l'Empereur, Lugd. Batav. cum titulo

hiſtoriæ, & ritus veteres multi, è Rabbinorúm tenebris in lucem producuntur, atque ex his omnibus ad uſum hujus ſtudii demonſtrandum, paſſim Sacrorum Scriptorum & aliorum authorum loca quamplurima declarantur, illuſtrantur, emendantur, omniaq; ea copiosè explicantur, quæ ad ſtudium hocce ſcitu neceſſaria & utilia videntur. Quinimò propter magnam exemplorum copiam, eorumque dilucidam interpretationem & expoſitionem, ea omnia hoc Lexicon ſupplebit, quæ in Grammaticis deſiderantur & deficiunt. Sine hoc gubernatore nemo unquam feliciter vaſto illi mari Talmudico ſe committet. Nequaquam enim ad ſecretiora hæc Hebræorum ſcripta legenda ſufficit. Vocabulorum duntaxat notitiam habere; multarum præterea rerum, hiſtoriarum, fabularum, dogmatum, rituum, conſuetudinum, & ſimilium peritia requiritur, quæ in hoc uno libro, velut in Cornu copiæ ditiſſimo, reperiuntur, &, unà cum ipſis vocabulorum explicationibus, proponuntur, annotatis ubique librorum, unde ſingula petita & deſumpta ſunt, Nominibus, foliis & columnis, immenſo & incredibili laboris exemplo. Quanto autem majoris laboris, temporisq; longioris fuit, iſta congerere & comportare, tantò minoris laboris & tædii erit impoſterum ea addiſcere, & uſibus accomodare.

IX. Præter hæc Generalia inſtrumenta, utile & è re erit, ut ſuprà in vulgari Rabbiniſmo monuimus, ſpecialia quoque, ſi quæ ad manus, adhibere; qualia ſunt ea, quæ à Chriſtianis è Talmude in Linguam

Latinam

VII. Prima difficultas tollitur explicatione Dialectorum & idiotiſmorum Talmudicis propriorum, quod pertinet ad Grammaticam. Pauci autem ex Chriſtianis hactenus hîc aliquid præſtiterunt, quia pauci fuerunt, qui cum judicio & intellectu Talmud Judæorum legere potuerunt. Aliquid hic quoque præſtitum eſt in Grammatica Chaldaica Patris mei, in qua paſſim Dialectus Talmudica per Etymologiam & Syntaxin inſerta: ſub finem etiam in tertia parte, quæ Praxin continet, exemplis ex utroque Talmud, libro Zohar, & aliis, illuſtrata. Sed & hæc amplius augeri, & plenius diduci poſſent.

VIII. Alteri difficultati medebitur Lexicon, quod omnia vocabula & loquendi modos continet, Talmudicis uſitatos. Hoc quidem aliqui hactenus tentârunt, Munſterus, David de Pomis, Guido Fabricius, & Valentinus Schindlerus, ſuprà quoque à nobis citati, ſed nequaquam ſufficienter. Infinita prætermiſerunt, & poſterorum diligentiæ reliquerunt: quam plurima malè explicarunt: voces exemplis nullis illuſtrarunt, qui non exiguus eſt defectus. Nam exempla voces illuſtrant, & vox una eademque in diverſis phraſibus adhibita, variam quoque ſæpe habet vim & ſignificationem. Omnibus his ſuccurrere conati ſumus *in Lexico Chaldaico, Talmudico & Rabbinico.* In eo cæterorum Lexicographorum defectus abundantiſſimè ſupplentur, errores corriguntur, maculæ eluuntur, locutiones & phraſes Talmudicæ apponuntur, & exemplis ſelectiſſimis illuſtrantur, elegantes ſententiæ & adagia paſſim inſeruntur,

hiſto-

hac editione exſecta ſunt operâ Marci Marini ea, quæ contra Chriſtum & Chriſtianos erant dicta, & hujus rei causâ quoque integer omiſſus Tractatus, qui *Avoda Sara* appellatur, hoc eſt, *De Idololatria*. E contrà habet hæc editio hoc præ editione Veneta, quòd libri & capita locorum Scripturæ, in Talmude allegatorum; in margine ſunt adſcripta, quod magnum præſtat in legendo compendium. Quod ſi etiam locus idem, vel materia eadem, in Talmud alibi quoque extet, loca illa parallela iterum ad marginem ſunt appoſita. *Tertia* prodiit Cracoviæ, ante non ita multos annos. In hac editione ſunt reſtituta ea, quæ in Baſileenſi exemplari expuncta.

IV. Talmud duplex eſt, Hieroſolymitanum & Babylonicum. Illud collegit R. Jochanan, Anno Chriſti 230. Editum eſt Cracoviæ. Alterum eſt Babylonicum, quod colligere cœpit Raf Aſſe, Anno Chriſti 367. & laboravit in eo per annos ſexaginta. Ipſi ſucceſſit Maremar, Anno 427. & tandem à R. Avina abſolutum Anno Chriſti 500.

V. Dividitur utrumque Talmud in Miſchnam & Gemaram. Miſchna conſtat ferè Dialecto Hebræa; Gemara autem Dialecto Chaldæâ impuriſſima, cui infinita vocabula peregrina, Græca, Arabica, Perſica, Latina, &c. ſunt immixta, ob Judæorum inter has gentes deportationes & exilia, à quibus ſingulis aliquid retinuerunt, & linguæ ſuæ admiſcuerunt.

VI. Hujus ſtudii duæ præcipuæ ſunt difficultates; *primò* Dialecti linguæ peculiares; *deinde*, Voces & phraſes Thalmudicis propriæ quamplurimæ. Utrique commodis remediis eſt obveniendum.

favente, proximè dabimus in Critica noſtra ſacra, ſeu Notis criticis perpetuis in omnes V. Teſt. libros.

V.

DE STUDIO TALMUDICO.

I. STudium Talmudicum ultimum eſſe jubeo, quia omnium eſt difficillimum. In Talmud enim omnes Hebrææ & Chaldææ linguæ dialecti, quaſi in Oceano immenſo, concurrunt, infinita vocabula & loquendi modi, nullibi aliàs occurrentes, rerum ſubtilitas & difficultas maxima. Unde qui ad lectionem Talmudis, & ejus ætatis ſcriptorum, vult accedere, benè inſtructus & præparatus accedat, neceſſe eſt.

II. Quid Talmud ſit, quidque in eo contineatur, non eſt neceſſe hic commemorare. Adeat, qui hoc noſſe vult, *Operis Talmudici recenſionem*, *quam* JOHANNES BUXTORFIUS *adjecit ad Tractatum ſuum de Abbreviaturis Hebraicis*. Ibi enim non tantùm in genere exponit, quid ſit Talmud Judæorum, quæque illius apud recutitam gentem authoritas: ſed & omnes libros & capita Talmudica, cum ſingulorum argumentis, recenſet. Hujus generis & ſtyli libri, ſunt quoque Zohar, Mechilta, Rabbos, qui vel circa tempora Chriſti ſunt conſcripti, vel non ita diu poſt; dum adhuc lingua Chaldæa, ſed corruptiſſima, Judæis erat vernacula.

III. Talmudis editiones extant tres: *Prima* excuſa eſt Venetiis, à Danjele Bombergo, chartâ elegantiſſimâ, & characteribus nitidisſimis: *Secunda* prodiit Baſileæ ab Ambroſio Frobenio, Anno 1588. In

hac

ſis, & in editione Baſileenſi; quæ ideò Venetis præferenda, quòd in ea loca innumera Maſoræ in Venetis editionibus tranſpoſita, deficientia, pugnantia, numeris depravata, ſubſidio diverſorum exemplarium & Concordantiarum Hebraicarum, repoſita, reſtituta & conciliata ſint, ut ex tertia dicti Commentarii Maſorethici parte, Criticâ videlicet, videre.

VII. Ad hoc ſtudium, Concordantiarum Hebraicarum inevitabilis eſt neceſſitas. Nam quando Maſorethæ loca Scripturæ numerant & adducunt, nullius libri mentionem faciunt, ſed verba duntaxat recenſent. Atque hîc inprimis Buxtorfianarum Concordantiarum uſus & utilitas eluceſcit, ubi formæ ſingulæ, more Maſoretharum, accuratiſſimè ſunt diſtinctæ, ejuſdem formæ vocabula ſub uno titulo & tabellâ comprehenſa & repræſentata, unde labor loca inquirendi compendioſiſſimus & jucundiſſimus.

VIII. Hoc ſtudium quamvis initio videatur difficillimum, intra pauciſſimarum tamen ſeptimanarum ſpatium, adhibito Commentario hoc Maſorethico & Concordantiis, abſolvi poterit.

IX. Uſus Maſoræ potiſſimus eſt ad veram & genuinam Sacrorum librorum lectionem cognoſcendam & confirmandam; ex ea enim deprehendi poteſt, quomodo jam olim legerint Hebræi, & legendum judicarint, &, ſi nihil aliud boni ſeu continet, ſeu confert, hoc præſtat, ut nobis Veterum Codicum vicem ſuppleat. Ex his enim, & quidem optimis ac probatiſſimis, authores ſuam lectionem deſumpſiſſe, nullum poteſt eſſe dubium. Specimen hujus rei, Deo

IV. Ex Chriſtianis unicus quoque eſt Pater meus, qui artem hanc Chriſtianis aperuit, & omnia ejus myſteria pandit & revelavit. De hac materia agit liber ipſius, cujus titulus; *Tiberias ſive Commentarius Maſorethicus triplex, Hiſtoricus, Didacticus, Criticus; quo primùm Hiſtoria Maſorethārum Tiberienſium, ſive, A quibus Maſora conſcripta ſit, excutitur: quid item tractet, quæ ejus methodus, & quo fine inventa ſit, ampl̀e explicatur: Secundò, Clavis Maſoræ traditur, per quam ad maxima & minima Maſoræ penitiùs cognoſcenda, facillimus datur aditus. Tertiò Caſtigationes innumerorum mendorum per univerſam Maſoram proponuntur.* Baſil. apud Ludovic. König/in fol.

V. Si itaque hiſtoriam Maſoræ, ejusque ut compendio dicam, Cauſam Efficientem, Materialem, Formalem & Finalem noviſſe cupis, primam dicti Commentarii conſule partem. Si rationem eam legendi, voces ejus decurtatas, abbreviatas, vocabula denique Maſorethis peculiaria & propria, cupis intelligere, ſecundam adi partem, & Clavem Maſorethicam adhibe, quæ hæc omnia tibi perſpicuè & methodicè explicabit, aditumque à primis ad intima & magis abſtruſa Maſoræ penitùs cognoſcenda, facillimum & planiſſimum reſerabit. Si modum exercendi & praxeos ſcire cupis, invenies ſub finem dictæ Clavis, Analyticam Maſoræ magnæ & parvæ in primum caput Geneſeos explicationem, unde ad eam diſcendam ceu manu duceris.

VI. Extat autem Maſora hæc tantùm in Bibliis Venetis Majoribus, à Danjele Bombergo olim excu-

ſis,

tamen hos etiam adire cupit, is comparet ſibi librum *Jalkut*, in quo & Talmudicorum & veterum Medraſchim compendium in univerſam Scripturam inveniet,

IV.
DE STUDIO MASORETHICO.

I. A Studio Rabinico, ſuadeo Linguæ Hebrææ Candidato, ut in Maſoram quoque penetrare, ejusque legendi rationem addiſcere ſtudeat. Maſora eſt doctrina Critica, à priſcis Hebræorum ſapientibus, circa textum Hebræum Sacræ Scripturæ, ingeniosè inventa, quâ verſus, voces, & literæ ejus numeratæ, omnisque ipſarum varietas notata, & ſuis locis cum ſingulorum verſuum recitatione indicata eſt, ut ſic conſtans & genuina ejus lectio conſervaretur, & ab omni mutatione aut corruptione præſervaretur & validè præmuniretur.

II. Habent Maſorethæ in hac ſuâ arte ſtylum Chaldaicum, eumque valdè nervoſum & conciſum, habent peculiares terminos & vocabula, abbreviaturas & decurtationes vocum ſingulares: unde ſine doctore & ductore commodo, vix quiſquam Maſoram legere poterit ac intelligere. Quæ cauſa fuit, cur hactenus pauciſſimi tam inter Judæos quàm Chriſtianos reperti fuerint, qui ejus veram aliquam notitiam habuerunt.

III. Ex Hebræis unicus Elias Levita, genere Judæus, gente Germanus, ſuperiori ſæculo, ſuis hanc viam præivit, edito libro Maſoreth Hammaſoreth. Ejus exemplaria, tam inter Judæos quam Chriſtianos rariſſima, hodiè pares cultores habent. Inter Chriſtianos eò etiam rariores, quòd latinè nunquam liber iſte ſit converſus.

XVIII. Porrò ſi quis ex me quærat, quis delectus Authorum Rabbinicorum ſit habendus, quique in noſtrum uſum maximè præ cæteris cum fructu legi poſſint; ei dico, *primò* legendos eſſe Commentatores Biblicos, quales ſunt Ordinarii Gloſſatores Bibliis majoribus additi, R. Salom. Jarchi, Aben Eſra, R. Levi ben Gerſon, R. Saadias, &c. exinde R. Moſes ben Nachman in Legem, & Don Iſaac Abarbenel, qui ad Chriſtianorum ferè imitationem ſuos Commentarios conformavit. Scripſit autèm in Legem, Prophetas priores & poſteriores, tàm minores, quàm majores omnes, Stylum habet facilem & planum. Poſt hos, qui ulterius cupit progredi, ſeligat libros Rituales in Præceptis Moſaicis explicandis occupatos. Ritus veteres potiſſimùm perſequitur R. Moſes Majemonides in ſuo libro יד חזקה in quo ſecundum locos comunes, & aphoriſticè, linguâ tersâ & planâ omnia ea complexus eſt, quæ in Talmude his de rebus habentur diſperſa & intricata. Ritus novos & hodiernos perſequuntur, *Schylchan aruch*, *Arba turim*, liber *Colbo*, & compendioſè ספר החנוך *Sepher hachinnuch* recenter Venetiis editus. Philoſophi apud Hebræos ſunt ut rariores, ita Difficiliores. Inter hos duo eminent præ cæteris, *R. Moſes Majemonides* in libro *More Nevochim*, & *R. Jehuda ben Levi*, in libro *Coſri*, quem unà cum Verſione Latinâ à nobis adornata, propediem Deo favente & vitam concedente, luci donare cogitamus. *Medraſchim* ſunt difficiliora, tùm ratione Linguæ, tùm ratione rerum, minorem etiam habent uſum. Quod ſi quis

tamen

Rabbinorum ſcripta penetrare cupiunt, nemo hoc libro, ſiquidem eum habere poſſit, carere debeat, atque inter eos quoque ſit cenſendus, qui ad primum hujus ſtudii Hebraici gradum utiles ſunt & neceſſarii.

XVI. Quartò uſitatiſſimum eſt Rabbinis abbreviatè ſcribere, & voces plures, in certas literas contrahere, quas appellant *Raſche tevos* Capita dictionum. Capitales enim ſive initiales vocum literæ ſumuntur, & conjunctæ, duobus apicibus ſupernè notantur, ut inde conſtet, eſſe abbreviaturas: ut ז״לה״ה pro זִכְרוֹנוֹ לְחַיֵּי הָעוֹלָם הַבָּא *Memoria ejus ſit ad vitam ſeculi futuri*. Sine harum abbreviaturarum cognitione nemo poterit in ipſorum ſcriptis ſine offenſione progredi. Mediocrem earum Catalogum recenſuerunt Munſterus & Mercerus: ſed omnium copioſiſſimè Pater meus in peculiari libello, quem ſcripſit de *Abbreviaturis Hebraicis*, edit. Baſileæ apud Ludovicum König / in 8.

XVII. His in Rabbinorum ſcriptis animadverſis, hisque ſubſidiis adhibitis, planum expeditumque, meo judicio, erit iter vulgares Hebræorum ſcriptores, quales ſunt Commentatores Biblici, Hiſtorici, & Philoſophi, & fontes Iſraëlis inter nos Chriſtianos quoque puram aquam manabunt. Ad Philoſophos, quorum ſtylus pro materiæ varietate intricatior eſt & difficilior, magnum adminiculum adferet, ſi quis legerit librum R. Moſis Majemonidis quem Hebraicè vocat *More Nevochim*, hoc eſt, Doctorem perplexorum, & cum Hebræo contuleris *Verſionem noſtram Latinam, quæ edita eſt Baſileæ, Anno 1629. apud Ludovicum* König/ in 4.

editionibus. Per cætera opus ſplendidiſſimum, laborioſiſſimum & utiliſſimum. Ad Scholarum uſum accommodatiſſimæ ſunt Patris noſtri *Concordantiæ, Novâ & artificioſâ methodo diſpoſitæ, in locis innumeris depravatis (in prioribus nempe editionibus) emendatæ, deficientibus plurimis expletæ, Radicibus antea confuſis diſtinctæ, & ſignificatione Vocum omnium Latinâ illuſtratæ.* Methodus earum tota eſt τεχνικὴ & artificialis, Radices ſecundum varietatem Conjugationum, Modorum, Temporum, Generum, Numerorum, Perſonarum, &c. cum Præfixis, Affixis, &c. pariter nomina ſecundum differentiam numerorum, & cæterorum accidentium, diſpoſita: radicibus ſive primitivis, omnia derivata ordine & methodicè ſubjecta. Sic in Concordantiis his compendioſiſſimè, primò Locus quæſitus momento; & facillimo jucundiſſimoque labore invenitur: deinde Lexici Hebraici, omnibus vocibus flexilibus completi, forma abſoluta proponitur: denique Maſora ſive Critica perfecta, quoties, quâ formâ, quo libro, cap. & verſu unaquæq; vox declinabilis in textu Hebræo invenitur, numeratò traditur. Acceſſerunt etiam ad hanc editionem ſeparatim, eademque methodo, Novæ Concordantiæ Chaldaicæ omnium vocum Chaldaicarum, quæ in Danjele & Eſra continentur. Infinitum & inæſtimabilem hic liber habet uſum quoque in legendis & explicandis Bibliis Hebraicis; dum omnia loca, in quibus unaquæque vox reperitur, conjunctim ſtatim ad oculi intuitum conſpiciuntur; ita ut illorum etiam, qui non adeò profundè in

Rabbi-

continent. Qui ergo his libris deſtitutus eſt, ei ſuaſerim, ut primò utatur Lexico Hebraico Patris mei in 8. Ei enim ad finem adjectum eſt Lexicon breve Rabbinico-Philoſophicum, communiora vocabula continens, quæ in Commentariis paſſim occurrunt, cum aliquot utiliſſimis Obſervationibus ad Rabbinicum ſtudium ſpectantibus. Deinde comparet ſibi, *Lexicon ejusdem Chaldaicum, Talmudicum & Rabbinicum*, de quo paulò pòſt in Studio Talmudico.

XV. Tertiò creberrimi ſunt Rabbini in ſcriptura Sacra citandâ. Id ita ſolent facere, ut nec Characterem varient, nec libros vel capita indicent; ſæpe etiam nullâ præmiſſa formulâ, lectorem de allegato loco monente. Hinc ſæpè difficultates quoque & tenebræ. Hîc neceſſariæ ſunt Concordantiæ Hebraicæ, ad loca illa quærenda & inveſtiganda. Prodierunt olim *Primò* omnium Concordantiæ Hebraicæ Venetiis, apud Danjelem Bombergum, Anno Chriſti 1523. in fol. *Secundò*, Baſileæ apud Ambroſium Frobenium, Anno 1581. in fol. *Tertiò*, Anno 1621. Romæ quoque prodierunt Novæ Concordantiæ Hebraicæ, cùm interpretatione locorum Latinâ ad latus poſitâ, Authore R.P. Doct. F. Mario de Calaſio, Ord. Min. Obſerv. Prov. Romanæ, Linguæ Sanctæ Profeſſore. Duarum priorum editionum exemplaria jam dudum ſunt diſtracta: Romana editio pretii & molis eſt nimis grandis, ut non à quovis comparari poſſit; neque ad ſcholaſticum uſum ita eſt accommodata: quatuor enim integros tomos in folio conficit. Methodum præterea habet eandem cum duabus primis

ad Syntaxeos regulas modoſque examinaretur, ac linguæ Hebrææ præceptis in ſpecie ſubjiceretur, ut ſic univerſalis quædam Inſtitutio Grammatica, tam ad Biblicum, quàm Rabbinicum ſermonem intelligendum, conformaretur. Aliquid hîc conati ſunt olim Munſterus, Angelus Caninius, & poſt hos Gilbertus Genebrardus, Hebræarum literarum Profeſſores quondam: ſed accuratior requiritur induſtria. Qui tamen habere poteſt Genebrardi *Iſagogen ad legenda & intelligenda Hebræorum ſine punctis ſcripta, edit. Pariſ. apud Ægid. Gorbinum, An.* 1587. non ſine fructu eâ utetur. Extat etiam in prima editione Theſauri Gramatici *Inſtructio brevis ad Lectionem Rabbinicam abſque punctis vocalibus.* Qui diligens & ſtudioſus fuerit, is ipſemet ſibi hæc talia poterit colligere, & annotare. Ea quæ Rabbini ex Chaldaiſmo habent, ex Gramatica Chaldaica quoq; (de qua ſuprà) peti poſſunt, in qua ſparſim multi Rabbiniſmi explicantur.

XIV. Deinde uſurpant Rabbini in ſuis ſcriptis multas voces, quæ in Bibliis non extant, ſed ex populari ipſorum ſermone petitæ ſunt & deſumptæ: multa etiam vocabula Chaldaica, aut locutiones integras, ad ejus linguæ Dialectos conformatas. Hîc opus eſt Speciali & ſufficienti Lexico. Hac in re deſudârunt olim Sebaſtianus Munſterus, David de Pomis Judæus in Italia, Guido Fabricius in Opere Regio Hiſpanico peculiari Tomo, qui Lexica quatuor continet, & recenter Valentinus Schindlerus in Lexico Pentaglotto. Sed horum exemplaria hodiè ſunt rariſſima, ac præterea infinitos defectus & errores conti-

Ejuſmodi libros alios Tyro ſtudii Rabbinici indagabit & ſibi comparabit; atque ex illis voces & locutiones Rabbinis proprias, ſtudiosè annotabit & obſervabit.

XI. Horum adminiculorum uſu confirmatus nonnihil, ſine cortice natare diſcet, & ad reliquos quoque Commentarios proprio Marte legendos & intelligendos accedet, ſuasque in iis experietur vires. Requiritur autem hic attentiſſima diligentia, ut ſcopum & propoſitum, ſubjectamque materiam diligenter obſervemus, atque videamus, quomodo ſingula eò accomodari poſſint. Quod ſi etiam interdum hæreamus in vocabulo aliquo vel phraſi integra; non ſtatim ideò ſubſiſtendum: ſed pergendum, & videndum, num fortè ex ſeqq. quæ iterum nobis ſunt faciliora, præcedentium quoque ſenſum elicere queamus. Ita ſæpè, quæ in primo acceſſu nobis videbantur difficillima, in proceſſu ſponte ſuâ reddentur facillima & planiſſima.

XII. Ad totum autem hoc ſtudium Rabbinicum promovendum commoda quoque, & quæ ad manus ſunt, ſubſidia ſunt adhibenda, & in auxilium, in occurentibus difficultatibus vocanda.

XIII. Præter modum generalem loquendi, cum ſermone & ſtylo Biblico convenientem, habent Rabbini multa propria & peculiaria, atque à ſermone Biblico diverſa. Hæc itaque explicatione & declaratione indigent. Explicatio iſta ſic poſſet inſtitui; ut diverſitas flexionis vocum ſingularum ad Etymologiæ præcepta; tum ſtructura vocum conjunctarum adSyn-

rum libris ſine punctis ſcripta inveniuntur, & Latinè reddita. Ad hoc inſtitutum accommodatiſſimæ ſunt ab initio Patris mei *Epiſtolæ Hebraicæ*. In quibus poſt quinquagenam punctatam, & Latinè verſam, quædam ſtudio ſunt relictæ ad hoc exercitium ſine punctis cum Latina tamen verſione, & notis. Deinde indagandi & conquirendi ſunt integri libri Rabbinici à Chriſtianis editi, & Latinè verſi. Neceſſe enim eſt, ut incipiens primò ea intelligat, quæ vult legere; deinde ex intellectu & ex ſenſu rationem legendi eruat: aliâs fruſtrà ſudabit & ungues arrodet. Tales libri, quia non in omnium ſunt notitia, haud abs re erit hic quoſdam nominare & notare:

Johannes Mercerus edidit Commentarios in quinq; Prophetas minores, quibus adjunxit Commentarios R. Salomonis, Aben Eſræ, & Davidis Kimchii, Latinè verſos, Pariſiis in fol.

Simeon de Muis, Hebræarum literarum Profeſſor Regius in Academia Pariſienſi, edidit Commentarios Hebræo-Latinos R. Davidis Kimchii & R. Salomonis Jarchii in Malachiam, Pariſ. An. 1618. in 4.

Idem ibidem edidit Pſalmum CXII. cum Commentario R. D. Kimchi. in 4.

Idem Latinè vertit Commentarios trium Rabbinorum; Salomonis Jarchi, Aben Eſræ & D. Kimchii in Pſ. XIX. Pariſ. apud Joann. Libert. Anno 1620.

Commentarii trium Rabbinorum, R. Salomonis, Aben Eſræ, & R. Levi ben Gerſon, in Proverbia Salomonis, Latinè redditi, operâ Antonii Giggei, edit. Mediolani.

Itinerarium Benjaminis prodiit nuper cum Verſione & notis, Lugd. Batavor. ex officina Elzeviriana.

nè reddita, reperiuntur. Ex Latina interpretatione de ſingulis vocibus facilè judicabit, ſi formâ ipſarum accuratiùs inſpectâ, dignoſcat, quæ cuique ſignificatio conveniens ſit: Ut ſi in Latina verſione habueris Nomen aut Verbum, videndum quæ vox Nominis aut Verbi vim exprimat; ſi adſit Præpoſitio aut Pronomen, an voci alicui adhæreant, an verò ſeparatim poſita ſint, quæ omnia, quâ formâ legenda ſint, Præcepta Grammatica te ſufficienter inſtruunt. Atque hìc in genere tenendum, quòd literæ ו & י, præter uſum proprium, quem in Bibliis habent, apud Rabbinos ſæpiſſimè mediis vocibus inſeruntur, ad certiorem ipſarum formam indicandam quæ abſque iis aut eſſet obſcurior, aut ambigua: ו ſæpiſſimè index eſt vel Vocalis Kametzchatuph aut Kibbutz: י ſimplex, index eſt ſæpè Chirek brevis, vel Tzere. Vav & Jod in media voce geminantur, ut indicetur, eas eſſe pro conſonis mobilibus legendas, ſive per ſe, ſive propter Dageſch: Sic Vav ab initio interdum geminatur, quando pro conſona, & quidem radicali, ponitur, ut ſic diſtinguatur à Vav copula. Uſitatiſſimum etiam fuit Chaldaicæ linguæ ſcriptoribus, י Affixum plurale, aut quodcunque antecedente Pathach, geminare, vel ipſi præmittere literam א Vocalis Pathach indicem; ut אֲמַרַי Verba mea: זַכָּאִי Innocens, pro זַכַּי &c. Sed hæc obiter. Pergamus ad generalia monita.

X. Diximus, eum qui vivo Præceptore eſt deſtitutus, mutos debere in auxilium vocare Præceptores, & primò quidem ea obſervare, quæ in Chriſtiano-

rum

qui emendatè & ſecundum artem poſſit legere. Communiter enim ex uſu tantùm linguam addiſcunt, & Gramaticæ ſunt imperiti. Ita qui ex Chriſtianis laborem hunc ſubterfugiunt, & ſine prajactis fundamentis hiſce, ſine punctis legere velle præſumunt, nunquam prompti & expediti fiunt in hoc ſtudio, ſed ad primam quamque vocem difficiliorem impingunt, & ut mus in pice, hærent. Sine pennis volare eſt difficile.

VII. Cùm Præceptor viderit, diſcipulum correctè ſatis punctare poſſe, tum labore hoc eum ſublevare poterit, & ſinet eum illa, quæ ei interpretatur, domi ſolùm repetere, & deinde in præſentia ipſius reddere, ut anteà.

VIII. A lectione R. Davidis Kimchii, qui Grammaticus eſt, poterit etiam accedere ad Aben Eſram, qui Philoſophus eſt & Aſtronomus præcipuè, ab Aben Eſra ad R. Salomonem, qui Theologum agit, & ſubinde Talmudicorum expoſitiones adducit; unde ille omnium eſt difficillimus, & proin poſt cæteros tractandus. Hujus generis Rabbini, præter tres comemoratos, ſunt quoque R. Levi ben Gerſom, R. Saadias, Rabbi Moſes ben Nachman & alii; Libri item Hiſtorici, & Philoſophici, &c.

IX. Atque hæ ſunt generales cautiones, quas Præceptorem vivum obſervare decet, in formando Rabbino Chriſtiano. Quod ſi verò quis vivo ductore deſtituatur, adhibeat præceptores mutos, hoc eſt, exerceat ſe omnium primò in iis legendis, quæ in Chriſtianorum libris absque punctis citata, & Latinè red-

V. Ubi guſtum aliquem in ſententiis punctandis perceperit, ad continuum aliquem textum, & ſcriptum Rabbinicum deveniat. Hic ante omnes ſuaſerim eligere Commentatores Biblicos, quales ſunt R. Salomon Jarchi, R. Abraham Aben Eſra, & R. David Kimchi, & ex his initium fieri à R. D. Kimchio, qui ſimpliciſſimus eſt & puriſſimus. Commodiſſimi autem ad hoc inſtitutum ſunt Commentarii in Prophetas minores. Ex his ſeligatur unus, idque breviſſimus, ut eſt Obadias vel Jonas, & ut in primo tentamine dictum, explicet Præceptor diſcipulo quotidiè aliquot lineas, quæ declaratione opus habent, declaret, jubeat iterùm ea quæ explicavit ſcribere, punctare, & tum, eadem ſine punctis ex libro legere & interpretari. Continuetur hoc per aliquot ſeptimanas in uno & altero Propheta.

VI. Incredibile dictu eſt, quantum hoc punctationis exercitium, cùm ad confirmationem præceptorum Grammaticorum, tum ad certam & ſolidam lectionem Rabbinorum momentum adferat. Nam quotiescunque in punctatione dubium eſt & hæſitatio, ad præcepta Grammatica eſt recurrendum, ratio ibi inveſtiganda, quo ipſo fit, ut quæ hoc pacto memoriæ impreſſa ſunt, nunquam excidere poſſint. Ad certiorem etiam & ſolidiorem Rabbinorum lectionem, mirum quantum conducat hoc exercitium. Qui ex uſu rationem hanc legendi acquirunt, ut Judæi, nunquam ita correctè & emendatè legunt, ut ii qui artem hanc ex fundamentis Grammaticis addiſcunt. Hinc ex centum Judæis vix unum reperias, qui

Sermonis quoque mediocrem notitiam in ſignificatis & idiotiſmis intelligendis poſſidet; is, viſâ aliquâ ſententiâ ſine punctis ſcriptâ, facilè ſenſum ejus divinabit, &, ſenſu cognito, puncta ſecundum leges Grammaticas adjiciet.

II. Hic verò per Rabbinos, non intelligimus veteres illos Talmudicos & ſimiles, qui ſermone magis Babylonico quàm Hebraico, eoque corrupto & difficillimo, uſi ſunt. Sed vulgares & recentiores, quales ferè ſunt Commentatores Biblici, Philoſophi, Hiſtorici, Theologi. Ab his, tanquam facilioribus, incipiendum in ſtudio Rabbinico. Nam communiter uti ſolent ſermone Hebraico, in paucis tantùm idiotiſmis ab eo recedentes, & peculiaribus vocibus utentes, ut in ſeqq. videbimus.

III. Hujus ſtudii exercitatio inſtituatur præeunte Præceptore vel vivo, vel muto. Nos hîc breviter utrumque modum delineabimus.

IV. Præceptor, qui diſcipulum rationem legendi ſine punctis vult docere, lentè procedat, & ſequenti utatur methodo. Primò omnium ſententiam unam & alteram ſine punctis diſcipulo proponat, ſenſum ejus ei Latinè exponat, ſi aliqua à Biblico ſermone differentia, vel peculiaris ibi vox Rabbinica lateat, ſignificet, & declaret, exinde jubeat diſcipulum ſententiam illam ſcribere, calamo puncta ei addere, ac denique eâdem ſine punctis iterum exhibitâ, legere & interpretari. Ubi diſcipulus in punctando erravit, præceptoris erit ei errorem indicare, & ex Grammatica rationem demonſtrare & inculcare. Continuetur hoc per aliquot dies.

V.

Onkeli in Legem, annotationibusq; illuſtravit, edit. Argentorati Anno 1546. *Johannes Mercerus, Profeſſor Regius Lutetiis, edidit duodecim Prophetas minores Chaldaicè cum Verſione latina & Notis*, Pariſiis apud Carolum Stephanum, Anno 1557. *Proverbia item Salomonis, & Libellum Ruthæ. Oſwaldus Schreckenfuchſius edidit Canticum Canticorum, & Eccleſiaſtem Salomonis Chaldaicè cum Verſione Latina, Baſileæ apud Henric-Petri. An.* 1553. *Lamentationum Jeremiæ Paraphraſeon interpretationem Latinam, dedit Franciſcus Taylerus, Anglus, Londini, An.* 1651. *in* 4. Hi & alii ſimiles libri, ſi qui prodierint vel prodeunt, diligenter ab hujus linguæ ſtudioſo ſunt conquirendi. Plurimùm verò adjumenti ad Paraphraſes Chaldaicas legendas & illuſtrandas conferet *Lexicon noſtrum Chaldaicum majus*, copiâ exemplorum, & variarum rerum explicatione refertum, & *Babylonia Parentis mei, ſive Commentarius Criticus in univerſas Paraphraſes Chaldaicas*, propediem, ut ſpero, lucem viſurus. Hâc viâ in lingua Chaldaica procedens, & his ſubſidiis inſtructus, breviſſimo temporis ſpatio, Deo benedicente, & continuato ſtudio intercedente, magnos progreſſus faciet.

III.
DE STUDIO RABBINICO.

I. FUndamentis in utraque linguâ, Hebræâ & Chaldæâ, bene jactis, tutò quis accedere poterit ad Rabbinorum ſcripta legenda. Et quò confirmatior in illis fuerit, eò celeriùs & feliciùs hîc quoque proficiet. Nam qui bonus eſt Grammaticus, &

editione in lectione Paraphraſtarum utaris. Editiones Venetæ in fol. quotquot prodierunt omnes, corruptiſſimæ ſunt, & infinitis mendis plenæ. Malo huic doctiſſimorum virorum ope medela afferri cœpta eſt in laudatiſſimo illo Opere Bibliorum Regiorum. Sed præterquam quòd exemplaria nunc ſint rara, non cujusvis eſt tam carum & pretioſum opus comparare, neque etiam omnia in eo caſtigata ſunt & emendata. Suaſerim ergò, ut quis utatur Bibliis à Parente meo editis in fol. Baſil. Anno 1620.

VIII. Ad lectionem horum Targumim commoda quoque extant Subſidia, quæ noviſſe & adhibere, magnum laborum eſt compendium. *Subſidia iſta ſunt vel generalia, vel Specialia. Generalia* ſubſidia voco Lexica Chaldaica huc facientia, qualia ſunt, *Lexicon meum Chaldaicum & Syriacum.* Quo voces omnes tam primitivæ quàm derivativæ, quotquot in Univerſis V.T. librorum Paraphraſibus Chaldaicis, & N. T. Syro extant, explicantur, &c. Editum Baſileæ in 4. apud Ludovicum Regem, Anno 1622. Hoc ad Paraphraſes legendas ſufficiet abundè: nulla enim vox occurret, cujus explicatio illic non extet. Poterit tamen quis etiam adhibere antè commemoratum *Lexicon Schindleri*; ſed in eo haudquaquam omnes voces reperiet. *Specialia* ſubſidia ſunt ſequentia; *Interpretatio Paraphraſium Chaldaicarum Latinarum,* ſi haberi poſſit. Extat autem in Opere Regio. Librorum quorundam particularium ediderunt nonnulli cum notis, quæ non carent ſuo fructu. *Paulus Fagius Latinè vertit Paraphraſin Chaldaicam*

Onkeli

nathanis nomen præfert, qui verò nequaquam eſt Jonathan ille priſcus, qui Prophetas interpretatus eſt. In his tamen ipſis quædam locutionis differentia eſt, & maximè in rebus ipſis, ut plures & diverſi ipſorum authores omninò fuiſſe videantur. Targum Jobi & Pſalmorum antiquius eſt, ut & in rebus, reſpectu reliquorum, purius. Targum Proverbiorum ab his eſt differens, & multos habet Syriaſmos, id eſt, Verba & phraſes cum Syriaca Antiochena ex æquo convenientes. Targum in quinque Megilloth ſeu libellos, his omnibus poſterius eſt, &c. Hæc dialectus pleraque ex parte cum Babylonica poſteriore convenit, in quibusdam tantùm diſcrepat. Habet & plura vocabula Græca & Romana, quàm priores paraphraſtæ. Ad hanc quoque dialectum pertinet Talmud Hieroſolymitanum, liber Zohar, quædam Medraſchim. &c. *Syriaca in ſpecie* ſic dicta eſt, quæ etiam Syra Comagena ſive Antiochena dicitur, quia ex Antiocheno tractu in reliquas Syriæ partes propagata, ampliſſimum poſt reliquas dialectos uſum obtinuit. Eâ Novum Teſtamentum poſt Apoſtolorum tempora, deſcriptum eſt. Sed hæc ſufficiant de Dialectis linguæ Chaldææ, quarum differentia paſſim in Grammatica Chaldaica & Syriaca indicatur, atque ſub finem ejus in praxi ipsâ exemplis demonſtratur,

VII. Quia verò Paraphraſtarum horum translatio, inordinatâ & confusâ punctatione ab imperitis punctatoribus & librariis inſigniter deformata eſt & perturbata, ideò haud parum intereſt, quanam

Targumica, quâ Targumiſtæ, id eſt, Paraphraſtæ & interpretes Chaldaici Veteris Teſtamenti uſi ſunt in Translatione Chaldaica; Onkelos quidem in Legem, & Jonathan in Prophetas priores, Poſteriores, & duodecim minores. *Talmudica dialectus eſt*, quâ Talmud Babylonicum in Babylonia conſcriptum eſt. Fieri hoc cæptum 500. annis poſt vaſtatum Templum ſecundum, ab illis Judæis, qui poſt captam Urbem Hieroſolymam à Tito, in Babyloniam fuerunt profugi, & Legem Judaicam ibi in Scholis publicè docuerunt. Abſolutum fuit illud opus circa annum 500. poſt Chriſtum natum. Interea Babylonia quoque inſigniter vaſtata, turbata, & ex variis populis mixta ac confuſa fuit, veluti vicinis Ammonitis, Moabitis, Perſis, Arabibus, Ægyptiis & aliis, per quos priſca illa Babylonica ſeu Chaldæorum lingua ſic corrupta fuit, ut veſtigia duntaxat ejus in Opere Talmudico appareant. *Hieroſolymitana* dialectus eſt, quâ uſi fuerunt Judæi Hieroſolymis, & in terra Judææ, poſtquam ex Babylonia fuerant reverſi. *Eſtq; vel ſimpliciter Hieroſolymitana, vel Syro-Hieroſolymitana, quæ & in ſpecie Syriaca, vel Syra Comagena ſeu Antiochena dicitur. Simpliciter Hieroſolymitana* eſt, quâ Targum librorum Hagiographorum, ut Jobi, Pſalmorum, Proverbiorum & quinque *Megilloth* ſive libellorum, nempe Ruth, Threnorum, Cant. Canticorum, Eſther & Eccleſiaſtes, conſcriptum eſt: tum etiam ſpeciale Targum Jeruſchalmi ſive Hieroſolymitanum appellatur; item aliud eorundem librorum Targum, quod Jonathanis

ſti floruit. Hagiographorum authores ſunt obſcuriores, recentiores, & his quoque impuriores. In omnibus autem Linguæ priſtinus nitor multum à Danjelis & Eſræ puritate deflexit. Unde pluribus quoque obſervationibus Grammaticis ad Paraphraſtas legendos eſt neceſſe. Initium fiat ob Onkelo, tanquam facilimo, & qui præ cæteris omnibus Textus Hebræi literam preſsè ſequitur. Poſt Onkelum ſequatur Jonathan, Prophetarum paraphraſtes. Hunc Hagiographa, quorum authores ſunt diverſi, ſtylo quoque & ſermonis genere differentes: in quibus omnibus & ſingulis, dialecti differentias obſervare decet.

VI. Nam ut hoc obiter hoc loco moneatur, Chaldaicæ linguæ dialectus triplex eſt, Babylonica, Hieroſolymitana, & Syriaca in ſpecie ſic dicta. *Babylonica*, quæ in florentiſſimo Babyloniæ regno floruit, & puritatem elegantiamque ſummam adepta fuit, ita ut reliquarum dialectorum meritò ſtatuatur norma, amuſſis & fundamentum. *Hæc vel eſt purior & Antiquior, vel poſterior. Prior* ſive antiquior, quæ tempore exilii Judæorum in Babylonia viguit, in qua Danjel & Eſra Prophetæ, magnam ſuæ hiſtoriæ partem conſcripſerunt, quam etiam Jeremias tenuit, ut ex particula iſta Epiſtolæ Syriacæ liquet, quam ad Judæos, in Babylonico exilio viventes, conſcripſit, Jer. 10. 11. *Poſterior*, quæ aliquot annis centenis poſtea, tam in Babylonia quàm in Judæa, inter reduces Judæos uſitata fuit, ac longè à priori nitore receſſit, propter regnorum ac diverſorum populorum commixtionem. *Eſtq́ vel Targumica vel Talmudica*,

II. Habet Lingua Chaldæa eaſdem Literarum & Vocalium figuras cum lingua Hebræa, eandem etiam legendi rationem ferè ſequitur : unde hic de ejus Exercitatione potiſſimùm agendum.

III. Primum hujus linguæ tentamen ſit in Danjele & Eſra, quia in his lingua pariter eſt facillima & puriſſima; cum interpretatione & uſu conjungantur Præcepta Grammatica, eodem modo, & eadem methodo, ut in Lingua Hebræa, à Verbis incipiendo, & ad reliquas Orationis partes progrediendo. Præcepta hîc nec ſunt tam multa, nec tam difficilia, ut in Lingua Hebræa, Anomaliæ pauciores, unde ipſa Lingua quoque facilior.

IV. Propter conformitatem autem ſuadeo, ut hîc quoque utaris *Grammaticâ Chaldaicâ & Syriacâ* Patris mei, quæ eandem habet methodum, eadem præcepta cum Grammatica Hebræa, unde longè faciliùs eam intelliges, eique aſſueſces. Ad Danjelem & Eſram legendum ſufficiet ejusdem Lexicon Hebraicum & Chaldaicum in 8. cujus anteà facta mentio. In his duobus libris omnia Vocabula explicata invenies, quæcunque in Danjele & Eſra occurrunt. Modum exercendi docebit te tertius liber dictæ Grammaticæ, qui Praxin hujus linguæ oſtendit, & exemplis illuſtrat.

V. A lectione Danjelis & Eſræ tranſitus fiet ad Targumim, ſive Paraphraſes Bibliorum Chaldaicas. Harum authores præcipui ſunt Onkelos & Jonathan, quorum ille Quinque libros Moſis, hic Prophetas, tranſtulit: uterque paullò ante tempora Chriſti flo-

XIII. Ad textus Biblici literam recte intelligendam, ad linguæ proprietates aſſequendas, verſionum examen, utiliter quoque, cui ſtudium hoc ſeriò cordi eſt, ſibi commendata habebit, & familiaria reddet ea Chriſtianorum ſcripta, quæ Sacri contextus ſenſum ex Originali linguâ accuratè eruunt, explicant & illuſtrant, qualia ſunt *Johannis Druſii*, *Johannis Merceri*, *Johannis Coccei*, *Simeonis de Muis Comment. in Pſalmos*, & alia. Hi & locis dubiis paſſim magnam lucem inferent, &, uſu frequenti trita, ad ſimilia in aliis quoque tentanda & præſtanda, manu ducent.

XIV. Nullam autem certam periodum huic ſtudio aſſignamus & determinamus hac vice; id vel Præceptoris prudentiæ, vel Diſcentis diligentiæ committentes. Ab hoc autem gradu, ubi quis ſufficienter in eo confirmatus fuerit, proximum eſt, ut ſcandat ad ſecundum, Linguæ ſc. Chaldææ ſtudium.

II.
DE LINGUA CHALDÆA.

Linguæ Chaldææ ſtudium, Linguæ Hebrææ ſtudioſo ideò quoque eſt neceſſarium: primò, quia Capita quædam in Danjele & Eſra hac linguâ ſunt exarata, quæ lectu & intellectu æquè ſunt neceſſaria, atque cæteræ Bibliorum Sacrorum partes: deinde, quia multi utiliſſimi atque adeò antiquiſſimi & præſtantiſſimi Hebræorum libri, eâ ſunt ſcripti: tertiò quia etiam vulgares & recentiores Rabbini ſubinde ſcriptis ſuis multa Chaldæa inſerunt; unde ad illorum lectionem nemo feliciter unquam accedet, qui non Chaldææ quoque linguæ cognitione tinctus & imbutus fuerit.

hæc alia quoque extant Lexica optima & utiliſſima magisque prolixa & copioſa; veluti; *Arca Noæ, ſive, Theſaurus Linguæ Sanctæ, Marci Marini, apud Johannem Degáram, An.* 1593. Plurima hic in eo adducit exempla, & magnum uſum præſtare poterit, ſi quis aliquid Hebraicè, oratione ſeu proſâ, ſeu ligatâ, velit ſcribere ad Sermonis Biblici imitationem. *Theſaurus item Linguæ Sanctæ, Sanctis Pagnini, editus Lugduni in fol.* Lexicon hoc eſt utiliſſimum, quia in eo quamplurima Scripturæ loca adducuntur, ex Hebræorum Commentariis explicantur, Verſiones veteres conferuntur, & ad textum Hebræum examinantur. Suum quoque in his uſum habet *Lexicon Pentaglottum, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Talmudico-Rabbinicum, & Arabicum, Valentini Schindleri,* edit. Hanoviæ, An. 1612. niſi quod in Chaldaicis, Talmudicis & Rabbinicis, nimis ſit mancum, mutilum, & imperfectum, quem defectum Lexicon noſtrum majus ſupplere poteſt.

XII. Hæc ſtudii Hebraici exercitatio tamdiu continuabitur, donec quis Sacra Biblia ſine hæſitatione Grammaticè intelligere, & mediocriter, atque majori ex parte, interpretari poſſit. Nam ineffabile eſt, quantum in totius Linguæ, & ſequentium partium ſtudio, adjumentum afferat, ſi quis bonus ſit Grammaticus & bonus textualis. Unde Judæi ſupra omnes eum efferunt, qui bonus eſt *Baal paſuk*, ut ipſi loquuntur, h. e. textualis & Grammaticus. Proinde, licèt quis ad linguam Chaldæam & Rabbinos accedat, nunquam tamen hoc ſtudium deponendum & abjiciendum.

XIII.

communiter, ſolet à Pſalterio. Hîc verò jam plures difficultates & anomaliæ, vocesque irregulares ſe offerent. Harum rationem cùm aliquo modo perceperit, ad vocum quoque conjunctarum explicationem erit pergendum, Syntaxis examinanda, Hebraiſmi explicandi, Anomaliæ quælibet enucleandæ, Accentuum diſtinguentium ratio, & quicquid ad abſolutam Grammaticæ tractationem facit, exquiſitè tractandum.

XI. Ad hæc autem pluribus & plenioribus jam opus eſt ſubſidiis & inſtrumentis. Requiritur Perfecta Grammatica, quæ hæc omnia perſpicuè & perfectè tradat: requiruntur Lexica commoda, in quibus Radices inveſtigari, & ſignificata vocum addiſci poſſint. *Grammaticam* autem hactenus nullam vidi pleniorem & perfectiorem, quàm *Theſaurum Grammaticum* Patris mei b. m. In eo enim cùm vocum ſingularum natura & proprietates, omnesque anomaliæ, ſpeciales, exactiſſimè & minutiſſimè explicantur, tum Vocum conjunctarum ratio & elegantia ita accuratè & copioſè pertractatur, ut vix quicquam intactum relictum videatur, quod deſiderari, vel diſcentem remorari poſſet. *Lexica* ſunt varia; Commodiſſimè tamen ab initio adhiberi poterunt ejuſdem Lexica; & primò quidem *Manuale Hebraicum* in 12. in quo omnes Voces tam primitivæ quam Derivativæ, quotquot in Sacris Bibliis extant, cum nudis illarum ſignificationibus proponuntur: deinde *Lexicon Hebraicum* in 8. in quo Vocum ſignificata inſuper exemplis copioſè illuſtrantur, & plurima loca difficilia ex Hebræorum Commentariis explicantur. Præter

K

quarum formas & paradigmata diſcipulus memoriæ jam commiſerit. Notandum autem, in primo hoc curſu, Verba tantùm nuda & ſimplicia eſſe conſideranda, non cum Affixis Pronominibus conjuncta.

VIII. Circulo conjugationum abſoluto, & oſtensâ nudorum verborum ad paradigmata applicandorum, & reſolvendorum ratione, explicabit deinde præceptor quoque pronominum cum Verbis rationem, Nominum item & Pronominum doctrinam tractabit, oſtensâ primum, juxta Præceptorum doctrinam, nudâ ipſorum de numero in numerum declinatione, prout varietas formæ ſingularis id admittit. Si Pronomina adjuncta fuerint, ea ſeparabit, & Nominis formâ abſolutâ inventâ, Nomen flectetur per numerorum differentiam. Voces indeclinabiles, quia paucæ ſunt, nudo tantùm indicio indigent.

IX. Hunc curſum ubi abſolverit, & generalem linguæ cognitionem aſſecutus fuerit, ſuadeo, ut ad libros Biblicos legendos ſe accingat. Nam hic totius hujus ſtudii eſt finis, ut Verbum Dei eâ linguâ exaratum intelligere, explicare & illuſtrare queamus. In his ſolis totius linguæ Hebrææ puritas, elegantia, & nitor conſpicitur. Hi omnium rerum Hebraicarum, omnium ſtatutorum, rituum, dogmatum, &c. principium ſunt & fundamentum. Ad Biblici ſtyli normam ſolus ſtylus, ſi quis in eo excellere cupit, formandus eſt & fingendus.

X. In libris Biblicis initium fieri poterit, ut commu-

V. Exercitatio hæc lectionis, ſive privatim fiat à diſcente ſolo, ſive præſente præceptore, fiat clarâ voce, non per meditationem aut confuſam muſſitationem, ut convenienti pronunciationi rectiùs aſſueſcat, & linguam tantò expeditiorem ad peregrinam linguam proferendam reddat: *deinde* ſit continuata, quotidiè minimùm per horam, nec dies ullus ſine exercitio abeat: *tertiò*, fiat tamdiu, donec habitum aliquem lectionis adeptus fuerit, neque priùs ulteriùs progrediatur. Tota hæc exercitatio intra menſem, ad ſummum, perfici poterit.

VI. Promptitudine aliquâ in Lectione adeptâ, ulteriùs pergendum, Lectio continuanda, & cum ea conjungenda duorum, trium vel quatuor verſuum Interpretatio, pro diſcentis vel captu, vel diligentia; accedendum quoque nunc ad Conjugationes verborum memoriæ mandandas.

VII. Quamprimùm itaque Tyro ad interpretationem acceſſerit, ſimul quoque incipiet Paradigmata verborum memoriæ mandare, quotidiè unam ad minimum formam, initium faciendo à verbis perfectis. Has ubi tenuerit, ſtatim præceptor, ex lectis & expoſitis ſententiis, Verba omnia perfecta ſeliget, atque ad paradigmata applicare docebit, quo ipſo omnia accidentia, & ipſam radicem, diſcipulus uno momento perfectiſſimè cognoſcet. A verbis perfectis ſimilis progreſſus fiet ad verba imperfecta, quotidiè eas radices ex textu lecto excerpendo & examinando, quarum

data : *deinde*, quia, ubi ulteriùs progrediendum, ejuſdem pleniore & perfectiore Theſauro uti cogetur, & aliis ejus Scriptis per univerſum hoc ſtudium. Quantum autem laboris & tædii ſit compendium, ubique eodem Authore, iiſdem præceptis, eadem methodo uti poſſe, ſatis dici nequit.

Quæ ſunt formæ כִּבְשָׂה, imitantur formam צְדָקָה quæ paulò antè poſita: ut, כִּבְשָׂה *agna*, כְּבָשׂוֹת *agnæ.* לִשְׁכָּה Conclave: ut, לְשָׁכוֹת.

Monoſyllaba multa flectuntur per Dageſch præcedente Chirek: ut, אֵם *mater*, אִמּוֹת *matres*: פַּת *fruſtum*, פִּתּוֹת *fruſta.* At בַּת *filia*, בָּנוֹת *filiæ.*

Dualis hîc retinet formam primæ declinationis: ut, יָרֵךְ *Femur*, יְרֵכַיִם *femora.*

ה in fine commutatur in ת: ut, שָׂפָה labium, שְׂפָתַיִם labia. At חֹמֹתַיִם formam habet mixtam ex duali & plurali.

Anomaliæ communes.

1. Nomina propria, item metallorum & liquorum, ſunt ſingularia tantùm.

2. Nomina ætatum ſunt pluralia tantùm.

3. Pauca quædam, dualia tantùm, ut מַיִם *Aqua*, שָׁמַיִם *Cœlum*, & ſimilia.

4. Quædam maſculina flectuntur more fœmininorum: ut, אָב *Pater*, אָבוֹת *patres.* Et contrà: ut,

Cæcus, עורים. Quædam commutant illud in Chirek & dageſch: ut מגן, *Clypeus*, מגנים *Clypei*: חץ *Sagitta*, חצים. At Tzere præcedente Kametz manet: ut, זקן *ſenex*, זקנים *ſenes*. Monoſyllaba quædam illud etiam retinent: ut, גר *peregrinus*, גרים. Excipe בן *filius*, unde בנים *filii*.

4. *Cholem* interdum corripitur in Kibbutz & dageſch; ut, אדום *rufus*, אדמים. Item, *Schurek*, חרול *urtica*, plur. חרלים. A יום *Dies*, eſt ימים: Sic, ראש *Caput*, ראשים. Ab אנוש *Homo*, אנשים.

5. Terminatio ה abjicitur, unde præcedens vocalis manet: ut, יפה *pulcher*, יפים. Item רעה *amicus*, רעים.

6. Terminatio י. communiter tollitur: ut, יהודי *Judæus*, יהודים Quædam hujus terminationis mutant Chirek in Kametz; ut, גדי *hædus*, גדיים pro גדיים. Quædam analoga ſunt; ut, נקי *Innocens*, נקיים. A כלי dicitur כלים.

7. Quædam habent י pro ים: ut, שדי pro שדים *Agri*: Sic, גובי *Locuſtæ*, הרי *montes*.

Dualis numerus fit in ים mutatis ferè vocalibus, ut in plurali: ut, יום *dies*, יומים *duo dies*: אף *naſus*, אפים *nares*, שד *mamma*, שדים.

CAP. X.

De ſecunda Declinatione.

SEcunda declinatio eſt fœmininorum, quæ ſingulari adjicit ſyllabam ות ſervatâ communi mutationis lege, ut præc. cap. dictum: ut

tivum dualem aut pluralem : eſtque *duplex*, Prima & Secunda. In his, *Kametz, Tzere & Sægol penultimæ ſyllabæ mutantur in Scheva; Sægol ultimæ ſyllabæ in Kametz.*

Prima declinatio eſt maſculinorum, quæ ſingulari numero adjicit ſyllabam ים, unde י quandoque excidit : ut,

טוֹב *Bonus*, plur. טוֹבִים,
צַדִּיק *Juſtus*, plur. צַדִּיקִים.
דָּבָר *Verbum*, plur. דְּבָרִים.
סֵפֶר *Liber*, plur. סְפָרִים.
מֶלֶךְ *Rex*, plur. מְלָכִים.

Quædam flectuntur in ין, ex forma Chaldaica: ut, אַחֲרִין.

Cholem penultimæ ſyllabæ, ſequente Sægol vel Pathach, mutatur in Scheva: קֹמֶץ *pugillus* : plur. קְמָצִים: Cum gutturali, loco Scheva ſimplicis, adhibetur Compoſitum, ut, אֹהֶל *Tabernaculum*, אֳהָלִים: Sic, אֹמֶר *Dictum*, plur. אֲמָרִים.

Pathach & *Chirek* (non intercedente dageſch) contrahuntur in Tzere : ut, זַיִת *Oliva*, Plur. זֵיתִים. Variant hæc, תַּיִשׁ *hircus*, תְּיָשִׁים *hirci*, ſic, חַיִל *exercitus*, חֲיָלִים Atà בַּיִת *domus*, plur. בָּתִּים.

Ultimæ ſyllabæ ſunt & aliæ affectiones.

1. *Kametz* quandoque convertitur in Pathach & dageſch : ut אוֹפָן *rota*, אוֹפַנִּים *rotæ*.

2. *Pathach* non rarò aſſumit dageſch : ut, הֲדַס myrtus, הֲדַסִּים: Sic in monoſyllabis, דַּף *Tabula*, דַּפִּים. At סַף facit סִפִּים, & ſic pauca alia.

3. *Tzere* communiter tranſit in Scheva : ut עִוֵּר

Cæcus,

1. Kametz penultimæ ſyllabæ mutatur in Scheva: ut, גָּדוֹל *Magnus*, גְּדוֹלָה *magna*.

2. Tzere ultimæ ſyllabæ, ſi nullum Kametz præceſſerit, ſimiliter tranſit in Scheva: ut, עִוֵּר *Cæcus*, עִוְּרָה *Cæca*. Præcedente autem Kametz, manet.

3. Terminatio הֶ tollitur, unde antecedens Kametz immutatum manet, ut, יָפֶה *Pulcher*, יָפָה *pulchra*.

4. Maſculina in י moventur in הָ & in ת: ut, שֵׁנִי *Secundus*, שְׁנִיָּה & שֵׁנִית *Secunda*.

Adjectivis, quorum ſignificatio augeri poteſt, accidit *Comparatio*. At ea non fit diverſis gradus abſoluti terminationibus, ſed periphraſi, unde ex Syntaxi noſtra diſcenda. De gradu Comparativo, vide Reg. 5, cap. 3. De Superlativo, Reg. 6.

Caſus eſt ſpecialis terminatio nominis, ſextuplex in utroque numero, Nominativus, &c. At illi non actu, ſed poteſtate hic ſunt, id eſt, non diverſarum terminationum, ſed ex ſtructura ſermonis: neque etiam articulis aut notis certis diſcernuntur (ut tamen vulgò docent) ſed omninò ex Syntaxi dijudicandi ſunt. ל tamen communiter Dativum, אֶת Accuſativum denotat: ה communis omnium caſuum articulus eſt.

Cap. IX.

De prima Declinatione.

FLexio Nominis dicitur *Declinatio*, quæ hic fit tantùm ex Nominativo ſingulari, in nomina-

rebus maris ſpecie conceptis; aut *Fœmininum*, quod fœminæ, convenit.

Conjunctum, quod utrique ſexui commune eſt, unde & *Commune genus* vulgò dicitur, & nunc in maſculino, nunc in fœminino uſurpatur.

Vox declinabilis eſt vel *Nomen* aut *Pronomen*, vel *Verbum* aut *Participium*.

CAP. IIX.

De Nomine.

NOmen eſt vox per numeros generaque declinabilis cum caſu.

Numerus hic etiam *Dualis*, qui de rebus naturâ binis tantùm effertur, raró de aliis, Forma cap. ſequenti oſtendetur.

Genus quomodo cognoſcatur, ex Theſauro noſtro Grammatico petendum eſt.

E generis differentia Nomen eſt vel *Subſtantivum* vel *Adjectivum*.

Subſtantivum eſt nomen generis unius vel communis, ſub una terminatione : ut סֵפֶר *Liber*. Ad ſexum diſcernendum quandoque etiam in alterum genus movetur ob ſexus differentiam. Motio de maſculino in fœmininum, fit aſſumpto ה cum præcedente Kametz & accentu : ut, אִישׁ *Vir*, אִשָּׁה *Vira*: מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכָּה *Regina*.

Adjectivum eſt nomen generis duplicis ſub duplici terminatione : ut, טוֹב *Bonus*, טוֹבָה *bona*. Motio hæc in alteram terminationem, Maſculini formam ſæpè mutat:

1. Ka-

rum ſunt undecim, ſic tamen ſerviles, ut & ſæpè ſint radicales, nempe, אבהוי כלם נשרת quarum Symbolum memoriale, כָּל־מְאַהֲבַי נִשְׁתוּ *Omnes amici mei deficiunt*: אלבש ſerviunt à capite dictionum, כנהם à capite & à fine, יות ubique.

Derivativa, quæ alterius eſt originis. Derivatio tribus potiſſimùm fit modis. 1. ſolâ vocalium Radicis mutatione, 2. literarum aliarum ad Radicem additione, 3. literarum radicalium detractione.

Figura eſt origo vocis *Simplex* aut *Compoſita*. *Simplex*, quæ individua in alias: ut, אָב *Pater*. *Compoſita*, quæ in alias dividi poteſt: ut, אַבְרָם *Abram*, in אָב *Pater*, & רָם *Excelſus*. Compoſitæ voces Hebræis rariores ſunt.

CAP. VII.

De diviſione vocis in genera & ſpecies.

VOx eſt *Declinabilis* vel *Indeclinabilis*.

Declinabilis, quæ in diverſos fines flectitur: idque *Numero* vel *Genere*.

Numerus eſt, cùm quid de uno vel pluribus effertur: unde eſt vel *Singularis*, qui de uno, vel *Dualis*, qui de duobus, vel binis, vel *Pluralis*, qui de pluribus uſurpatur.

Genus eſt differentia vocis ſecundum ſexum: eſtque *Diſtinctum* vel *Conjunctum*.

Diſtinctum, eſt vel *Maſculinum*, quòd mari aut

rens, ante conſonam mobilem, breve eſt: ut, וַיָּקָם *Vajakom*. Sic ante Makkaph, כָּל־ *Kol*.

4. Kametz ante gutturalem cum Chatephkametz notatam, breve eſt: ut, אָהֳלוֹ *Oholo*.

Quando cum duobus punctis ſcribitur, tunc tribus modis à Chateph-kametz diſcernitur;

1. Kametz-chatuph poſt ſe ſemper habet vel Scheva quieſcens aut dageſch forte: ut, רָנּוּ *Ronnu*: קָדְשׁוֹ *Kodſcho*: PoſtChateph-kametz nunquam ſic.

2. Kametz-chatuph omnibus alphabeti literis per ſe ſubjicitur: Chateph-kametz propriè gutturalibus tantùm, idque loco ſcheva, rariſſimè, & irregulariter aliis literis additur.

3. Kametz-chatuph ſæpe abſque duobus punctis ſcribitur, & ſyllabam conſtituit: Chateph-kametz ſine iſtis nunquam venit, neque unquam ſyllabam efficit.

CAP. VI.

De Notatione.

NOtatio eſt, quâ vocis cujuslibet origo inquiritur: idque *Specie* aut *Figurâ*.

Species eſt origo vocis *prima*, vel aliunde *derivata*. *Prima*, vel *Primitiva*, eſt, quæ primæ eſt originis. Græcis ῥίζα, Hebr. שֹׁרֶשׁ *Radix*, dicitur, & tribus communiter literis conſtat, quæ dicuntur *Radicales*: rarò paucioribus, vel pluribus. Reliquæ, quæ ad Radicem accedunt, appellantur *Serviles*, quòd accidentibus Radicis formandis inſerviunt. Harum

kaph breve eſt, id eſt, Kametz-chatuph : ut, ־כָּל ***col***, ־אֶת ***ath***, ־אֶל ***al***, ־יָקָם ***Jakom***, quæ accentu proprio notatæ, ſcribuntur, כֹּל , אֵת , אֵל , יָקוּם.

Secunda, accentus trajectio. Nam vox monoſyllaba aut biſyllaba penacuta, ſæpiſſimè rejicit accentum præcedentis dictionis ex ultima in penultimam, unde Cholem & Tzere rurſus corripiuntur, ut antè. Hinc iſta regula : ***Kametz ultima ſyllaba, ante conſonam mobilem accentu deſtitutum, breve eſt***, i. e. Kametz-chatuph, ut, וַיָּקָם לָךְ ***vejakomlach***, Job. 22. 28.

Cæterùm in Jobo, Pſalmis & Proverbiis, alia quàm in aliis libris Biblicis accentuum ratio eſt, cujus modus hactenus ab Hebræis nondum ſatis explicatur.

Differentia inter Kametz longum & Kametz-chatuph ſive breve, & Chateph-kametz ſive breviſſimum.

Kametz-chatuph nunc per nudam figuram Kametz longi (ָ) deſcribitur, nunc per præpoſita duo puncta (ֳ) quâ figurâ etiam Chateph kametz notatur. Quando figuram habet nudi Kametz, tunc quadrupliciter ab eo diſtinguitur.

1. Kametz abſque Methegante Scheva, eſt Kametzchatuph, i. e. O breve : ut, ־חָכְמָה ***Chochma***. Excipe Jobum, Pſalmos & Proverbia.

2. Kametz abſque accentu ante Dages forte, breve eſt : ut. רָנּוּ ***ronnu***.

3. Kametz ultimæ ſyllabæ accentu tonico carens,

ſcente finitam, ac quolibet accentu rege notatam, Dageſch lene accipiunt: ut, אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּיבָה Quicquid erat cum ipſo in arca, Gen. 7.23. Aliàs ſic aſpiratæ manent, ut dictum cap. 3.

Euphonicus eſt, qui tonico præmiſſus, ſuaviorem pronunciationem efficit. Is unicus eſt, & *Metheg* dicitur, vel *Gájah*, rectaque virgulâ ſub litera notatur. Ejus uſus eſt, ut vocalem, cui adjunctus eſt, decorè ſuſpendat: ut, הָֽיְתָה hájethâ. Vocalibus longis ante Scheva addi ſolet: unde *Kametz ante Scheva abſq; Metheg, breve eſt*, id eſt, Kametz-chatuph: ut, חָכְמָה *Chochmâ*, at cum Metheg חָֽכְמָה *Cháchemá*. Incuria tamen typographica non rarò id omiſit: ſic in Hagiographis rariſſimè uſurpatur, unde ad analogiam vocis & ſenſum attendendum, quando A vel O eſſe debeat. Additur etiam ſemper vocalibus ante Scheva compoſitum: ut, יַֽעֲשֶׂה *Jabasé*: יֶֽאֱסֹף *Jéesóph*. Metheg ſæpè mutatur in accentum tonicum, unde ſuperior regula tertia nata eſt.

Duplex porrò hîc euphoniæ ſpecies eſt: *prima*, Accentus tonici ablatio. Tunc duæ pluresve voces virgulâ transversâ conjunguntur, ut cū poſtremæ vocis accentu venuſtâ pronunciatione coaleſcant. Virgula iſta vocatur *Makkaph*: ut, וְאַף־גַּם־זֹאת *veaph-gam-sóth*, Levit. 26.44. *Cholem* & *Tzere* ſequente conſonâ mobili in fine vocis, ante Makkaph corripiuntur; illud in Kametz-chatuph, hoc in Sægol: unde iſta regula: *Kametz ante Makkaph*

2. *Ejuſdem accentus in eadem voce geminati, prior ſyllabam acuit*: ut, תֹּ֫הוּ֫ tóhu.

3. *Diverſorū in eadem voce accentuum poſterior acuit, prior euphoniæ inſervit*: ut, וְהָעֵצִ֑ים vehaetzím.

4. *Accentus tonicus vocali longæ additus, Scheva ſequens conſtituit quieſcens*: תְּגַלְנָה tagelna.

Tertius uſus ad Syntaxin pertinet, quæ docet orationem in ſua membra rectè diſtinguere. Sic autem diſtribuuntur in *Miniſtros* & *Reges*.

Miniſtri ſunt, qui orationem continuant & promovent ad commodum membrum: ſuntq; octo, *Munach, Mahpach, Merca ſimplex, Merca duplex, Darga, Jerach, Kadma, Teliſcha ketanna.*

Reges ſunt, qui ſpiritum vel leviculè ſuſpendunt, aut pleniùs ſiſtunt, deponuntq;, & ſermonem aliquo membro incidunt: ſuntque ſeptendecim reliqui, *Silluk. Athnach. Rebhia, Sakeph-katon, Sakeph-gadol, Segolta, Sarca, Gereſch, Geraſchajim, Paſta, Paſer, Schalſcheleth, Teliſcha gedola, Karne-para, Tiphcha, Tebhir, Jethif.* Ex his communiter ad Comma ſive Inciſum adhibentur, *Rebhia* & *Sakeph-katon*, & in verſibus longioribus *Segolta*: ad Colon, *Athnach*: ad Periodum ſive Verſum abſolvendum, *Silluk*, quem & *Soph-paſuk* vocant. Hi, ob pleniorem ſpiritus in pronunciando depoſitionem, dicuntur *Pauſæ*, quarum in immutandis vocalibus non exigua vis eſt, ut in fine hujus libri oſtenditur. Hîc obſervetur & iſta Regula: *Litera* בגד כפת *Begad-kephat poſt vocem vocali longâ aut literâ quieſcente*

7	א	Karne-para.	11	א	Sægolta.
8	א	Rebhia.	12	א	Paſer.
9	א	Sakeph gadol.	13	א	Sarka.
10	א	Sakeph katon.	14	א	Schalſchelet.

Infra vocem.

15	א	Merca: Maarich.	21	א	Tebhir.
16	א	Merka kephula.	22	א	Darga.
17	א	Tiphcha: Tarcha.	23	א	Athnach.
18	א	Munach.	24	א	Jerach.
19	א	Mahpach.	25	א	Silluk.
20	א	Jethiſ.			

Uſus horum triplex eſt: 1. deſignant ***muſicam***, ſive rationem cantus apud Judæos: 2. ***legitimam pronunciationem*** cujuſq; vocis, in ſyllabæ alicujus elevatione: 3. ***Diſtinctionem ſententiæ*** in certa membra. Primus uſus Judæis relinquitur. De ſecundo hîc obſervetur:

1. ***Quæ ſyllaba accentu tonico notata eſt, ea acuitur.*** Excipe ***Teliſcha-gedola***, qui primam vocis literam ſemper occupat; ***Tiphcha***, quando in Jobo, Pſalmis, & Proverbiis, initio vocis ponitur: item ***Paſta, Teliſcha Ketanna, Sagolta, Sarca***, qui ultimæ vocis literæ ſemper adhærent, nec tamen eas ſyllabas ſemper afficiunt. Quæ autem ſyllaba cum illis acuenda ſit, id ex analogia flexionis, & proprietate vocis ſciendum eſt.

2. *Ejuſdem*

שָׁלֵו *ſcaleu*, פִּיו *piu*. Judæi tamen in his nullam diphthongum agnoſcunt, ſed ו ut conſonam f proferunt, *Eſaf. ſchalef, pif. Jod* itidem triplicem: ut, פָּנַי *panai*, גּוֹי *goi*, גָּלוּי *galui*. Attamen & hîc à quibuſdam dubitatur. Irregulare eſt יְרוּשָׁלֵם, quod ſcribendum & legendum יְרוּשָׁלַיִם *Jeruſchalajim*, ex Jerem. 26.18, item יְרוּשָׁלַמָה, quod legendum, יְרוּשָׁלַיְמָה ex 2. Paralip. 32. 9.

Cap. V.

De Accentibus,

Vocis communes affectiones ſunt *Accentus* & *Notatio*.

Accentus eſt nota quæ vocis ſonum convenienter moderatur: eſtque *Tonicus* vel *Euphonicus*.

Tonicus, qui ultimam vel penultimam ſyllabam acuit. Hunc nos rectâ virgulâ, ad ſyllabam acuendam, docendi causâ in hoc libello exprimemus. Vox in ultima habens accentum, vocatur vulgò Chaldaicâ voce מִלְרַע *milra*: in penultima, מִלְעֵיל *milhel*. Tonici ſunt viginti quinque, quorum quatuordecim ſupra vocem, undecim infra vocem notantur, hoc modo:

Supra vocem.

1 א֙ Paſchta.

2 א֨ Kadma.

3 א֜ Gereſch: Teres: Asla.

4 א֞ Geraſchajim.

5 א֩ Teliſcha ketanna: Talſcha, Tarſa.

6 א֠ Teliſcha gedola.

7 א֟ Karne-

vel in nudum Scheva : ut: תַּהַרְגוּ *ta-bar-gu,* יֶאְשְׁמוּ *je-ſchemu.*

Sæpè tamen etiam ſolâ euphoniæ causâ Chateph-pathach&Chateph-ſægol mutantur inScheva : ut, יֶהְגֶּה *je-ge,* pro יֶהֱגֶה.

Dageſch forte ſyllabæ compoſitæ facit quoddam compendium : ut, הִגַּשׁ *byg-gaſch*, pro הִנְגַּשׁ. Hinc *Scheva poſt vocalem brevem, ſub litera dageſſata, vocale fit* : ut, גִּלְּתָה *gil-letha,* pro גִּלְלְתָה. Poſt vocales longas rarò adhibetur, quia in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſolvitur ; aliquando tamen etiam poſt eas reperitur. Dageſch forte ex gutturalibus & ר excidens, plerumque præcedentem vocalem brevem in longam convertit : ut בֵּאֵר pro בֵּאֵּר. Dageſch forte, etiam ex litera ſchevata, euphoniæ causâ ſæpè excidit, ut ſuis locis videbitur.

Huc referendum etiam *Dageſch Euphonicum,* ſine legitima artis causâ, aut neceſſitate ullâ, adhibitum ; ut, מִקְּדָשׁ pro מִקְדָּשׁ, Exod. 15. 17. Item *Dageſch initiale* : ſic, poſt vocem penacutam, in ךָ. תִּ. הָ vel הֶ finitam, ſæpe imponitur primæ literæ ſequentis dictionis Dageſch forte : item poſt מַה, & זֶה ; ut, מַה־טּוֹב : וְזֶה־לְּךָ.

Denique *Diphthongorum* doctrina ſyllabæ compoſitæ affectio quædam eſt.

ו & י poſt Kametz Tzere & Chirek in fine vocum, vocalis quodammodo naturam induunt, & cum vocalibus iſtis in diphthongum coaleſcunt: *Vau* triplicem diphthongum facit : ut, עֵשָׂו *Eſau,* שָׁלוּ

ה cum Mappik id aliquando imitatur: ut, אֱלֹהַּ *eloah*, Deus, מַגְבִּיהַּ *maghbiah*, exaltans.

Gutturales nunquam admittunt Scheva vocale, benè quidem Scheva mutum ſeu quieſcens. Aliàs Scheva compoſitum ipſarum proprium eſt, ubi Scheva requiritur, ut dictum: ut, חֲבוּ *habbu*. אֱמוּנָה *amu-na*, חֳלִי *Choli*. Hinc præcedens litera communiter ſuſcipit eam vocalem brevem, quæ ſub gutturali eſt cum Scheva compoſita, quod vulgò dicunt, *Litera gutturalis punctat ſe & præcedentem*: ut, אַהֲבָה *a-habba*, בֶּאֱמוּנָה *be-emu-na*; at Kametzchatuph hìc ſemper per nudum Kamerz ſcribitur, quod ex præcedenti regula per O legendum: ut, אָהֳלוֹ *O-holo*. Craſis בֵּאלֹהִים pro בֵּאלֹהִים in Deo: לֵאמֹור pro לֶאֱמֹור *Dicere*; לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי *Domino meo*. Sic לַיהוָה quod legendum לַאדֹנָי.

Porrò duæ vocales breviſſimæ continuò legi nunquam poſſunt, unde nec duo Scheva ab initio vocis ponuntur, nec poſt Scheva compoſitum Scheva ſimplex in media voce unquam ſequitur. Attamen analogia vocum utrumq; ſæpè poſtulat, & tunc, ſi duplex Scheva ab initio concurrit, prius mutatur in Chirek, aut Pathach vel Sægol ſub gutturali: exempla vide cap. 13. ad Imperativum & Futurum Kal, & ſic deinceps per totum librum. Sed & alterum Scheva, ſi ſub י fuerit, tollitur: ut, בִּיהוּדָה *bi-hu-da*, pro בִּיְהוּדָה.

Si in media dictione poſt Scheva compoſitum ſeqnatur Scheva ſimplex, tunc compoſitum neceſſariò reſolvitur, & quidem vel in ſuam brevem,

Compoſita eſt, quando plures conſonæ in unam ſyllabam conjunguntur. Fit hoc in univerſum per Scheva ſimplex, & ſub gutturalibus per Scheva compoſitum. Hæc enim puncta per ſe ſtatam & ſeparatam ſyllabam nunquam efficiunt, ſed ſuas conſonas aliis adjungunt: ut, פְּרִי *peri*, quaſi *pri*, non diviſim *pe-ri*, & ſic ſemper efferendum, Scheva quando vocale eſt: יְבָרְכוּ *Jebha-rechu*: הִפְקַדְתִּי *hiph-kad-ti*, ubi Scheva poſt vocalem brevem quieſcit, & ת poſt Scheva quieſcens cum dageſch leni notatum, per nudum T efferendum, ut anteceden. cap. dictum תַּחְתִּיָּה *tach-ti-ja*, ubi ' cum Mappik poſt Chirek notatum, per conſonam efferendum eſt, cùm abſque eo quieſceret, quippe vocalem longam conſtituens, & ſic etiam ultima ſyllaba à vocali Kametz inciperet, quod contra regulam eſt principio capitis traditam. Sic Mappik in ה vocis אִשָּׁה *I-ſchah*: etſi Judæi Mappik in hac forma, precedente Kametz, negligant, & ſimpliciter pronuncient *Iſcha*, ה quieſcente, quod ſine dubio vitiosè fit.

Literæ ultimæ vocum mobiles raró cum Scheva notantur: ut in his, בָּרַךְ *ba-rach*, שָׁאַלְתְּ *Scha-alt*. Cùm non habent, haberé intelliguntur. Semper autem præcedenti adjunguntur: ut, שֻׁלְחָן Menſa, לֶחֶם Panis.

ח & 'ע in fine vocis ſæpe ſub ſe aſſumunt Pathach, quod ante eas pronunciatur: ut, מָשִׁיחַ *maſchiach*, יָדוּעַ *ja-dhuah*. Vulgò vocatur פַּתַח גְּנוּבָה *Pathach genubba*, id eſt, furtivum.

ת cum

thach in Kametz; Kibbutz in Schurek vel Cholem, ut cap. ſequenti videbitur.

Mappik eſt punctum, quod literæ י & ה inſcriptum, docet eas genuino ſuo ſono efferendas, quæ ſine eo quieſcerent. Literæ י inſcribitur in media dictione poſt Chirek, & literæ ה in fine vocis tantùm, ut cap. ſequenti fuſiùs declarabitur.

Cap. IV.

De Syllaba & legendi ratione.

Syllaba eſt conſonæ & vocalis, in unum ſonum conjunctio. Conſona ſyllabam ſemper inchoat, à dextra versùs ſiniſtram.

Syllaba eſt *Simplex* vel *Compoſita*.

Simplex, quæ ex una conſona & una vocali conſtat: ut, אֵלִי *E-li*, הָיִיתִי *ha-ji-thi*, שֹׂנֵא *ſone*, ubi punctum literæ שׂ ſimul & literæ & vocalis nota eſt, quia ea litera aliud punctum vocale adjectum non habet: שֹׁנֶה *ſcho-ne*, ubi poſterius punctum ſupra literam שׁ neceſſariò per cholem legendum, בָּרָאתִי *ba-ra-thi*, ubi ב habet dageſch lene, ideoque valet nudum b, & א in medio quieſcit: קוֹיֶךָ *ko-vecha*, ubi ſuperius punctum ad ק pertinet, non autem ad ו quia ea propriam vocalem Sægol ſubjectam habet, cum qua, ut conſona, effertur. Porrò literæ vocali hîc deſtitutæ, quieſcunt, nec tamen propterea otioſæ aut ſuperfluæ ſunt, ſed pertinent ad ſubſtantiam & eſſentialem formam vocis, quæ ſine illis non eſſet integra.

aſpiratas, facit tenues, aſpirationem ab iis tollendo: ut בָּ ba, גֶּ ge, דִּי di, פֹּ po, תּוּ tu. Fit hoc 1. *ab initio dictionis*, ſi præcedens dictio non terminetur literâ quieſcente aut vocali longâ: tunc enim aſpiratæ manent, quod ipſum tamen etiam exceptionem habet, ut traditur cap. 5. 2. *in media dictione poſt Scheva quieſcens*. Attamen & hîc ſæpè aſpiratæ manent, quod ſpecialis eſt obſervationis. Hæ literæ vulgò memoriæ causâ *Begad-kephat* vocantur. Olim autem, quando aſpiratæ eſſent, notabatur ſuper illas virgula transverſa, quam *Raphe* vocabant, unde *Litera raphata*, id eſt, aſpirata. Exempla vide Exod. 20. ℣. 9, 13, 14, 15. Adhibitam adhuc cernere eſt in quibuſdam veteribus Bibliorum editionibus Conſtantinopoli impreſſis; in recentioribus autem libris planè exolevit.

Veteres Grammatici literis aſpiratis accenſent quoque Reſch, & ſic ſeptem numerant בגד כפרת. Adſpirationem eam in ſe continere patet ex lingua Græca, in qua cum ſpiritu aſpero notari ſolet &c.

Dageſch forte eſt, quod literam pronunciatione geminat. Habet locum in omnibus literis, exceptis gutturalibus & ר. A ſex præcedentibus בגד כפת etiam aſpirationem tollit, ut ipſum dageſch lene. Eſt autem dageſch in illis forte, quandocunq; non præcedit Scheva: tunc enim tantùm in illis lene eſt, ut dictum. Literæ gutturales אהחע & ר, ad indicium & complementum excluſi Dages, præcedentem vocalem brevem plerunque in longam convertunt, ei analogam, Chirek in Tzere; Pathach

Simplex dicitur *Scheva*, & duobus punctis perpendicularibus literæ ſubjicitur, אְ, valetq; E breviſſimum, quale in bezahlt / geſtrafft / quod rapidè effertur, quaſi bzahlt / gſtrafft. Vulgò vocatur *Scheva mobile*. At 1. *poſt vocalem brevem*. 2. *poſt longam accentu tonico notatam*. 3. *in fine dictionis geminū*, vocalis naturam deponit, docetque tantum, conſonam ſuam eſſe cum præcedenti in unā ſyllabam conjungendam. Hinc appellatur *Scheva quieſcens* ſive *mutum*.

Compoſita eſt, quæ conſtat ex Scheva & vocali brevi: eſtque *triplex*:

Chateph pathach אֲ A
Catheph ſegol אֱ E } *celerrimæ pronunciationis.*
Chateph kametz אֳ O

Hæ propriæ literarum gutturalium ſunt, quibus adhibentur loco Scheva ſimplicis, commodioris pronunciationis causâ. Impropriè & irregulariter quandoque aliæ literæ Alphabeti eas poſſident.

Quando (ָ) ſit vel Kametzchatuph, vel Chateph-kametz, vide cap. 4. & ſ. Hæ quatuor autem in genere vocantur *Vocales breviſſimæ*,

Cap. III.

De Dageſch & Mappik.

VEntri literarum inſcribitur punctum, pronunciationi ipſarum inſerviens, diciturque vel *Dageſch* vel *Mappik*.

Dageſch duplex eſt: *Lene* vel *Forte*.

Dages lene eſt, quod ſex literas בגד כפת per ſe

Longa.	*Breves.*
Veſpera: Samen/ *ſemen*: Schmach *Ignominia.*	
Tzere ‥ E purum & ſiccum, Ehr *Honor*, Lehr *Doctrina.*	*Sagol* אֶ E impurum & dilutum, áhr/ *Ariſta*, lár *vacuum.*
Chirek longum אִי I, Ihr *Vos*, Ihnen/ *Ipſis*, Glider *Membra.*	*Chirek breve* אִ I, Jrren *Errare*, Sinn/ *ſenſus*, gelitten *paſſus.*
Cholem אֹ אוֹ O, Ohr *auris*, Sohn *filius*, Todt *mors*, geboren *natus.*	*Kametz-chatuph* אָ אָ O, Ort *locus*, Soñ *ſol*, Trott *torcular*, Kom̃en *venire.*
Schurek וּ U Unſer *noſter*, Unſchuldig *innocens*, geſund *ſanus*, Mund *os.*	*Kibbutz* אֻ ֻ *T*, Sünde *peccatum*. verführen *ſeducere*, unglück *infortunium.*

Quomodo figura Kametz-chatuph (׳) à Kametz longo diſcernenda ſit cap. 4. & 5. patebit.

Cholem etiam ſæpiſſimè per puncta literæ שׂ & שׁ deſignatur, ita ut punctum illud ſimul & literam notet, & pro vocali uſurpetur. Fit hoc in שׂ, quando præcedens litera vocali caret; ut מֹשֶׁה *Moſcheh* עֹשֶׁר *Oſcher*; in שׂ, quando ea ipſa nullum aliud punctum vocale adjunctum habet; ut, שֹׂנֵא *Sóne*, מְשַׂנְאַי *Miſſoneái.* Quandoque etiam eadem litera utrinque punctum geſtat, ſic שׁׂ, quorum alterutrum pro Cholem ſumendum; ut, שֹׁנֶה *Schóneh*, עֹשֶׂה *Oſeh*. Vide infra cap. 4.

Impropria vocalis eſt, quæ vel non ſemper, aut non omnium literarum vocalis eſt: eſtque *Simplex* vel *Compoſita*.

Simplex

אחהע Literæ gutturis ſive Gutturales, quia ſpiritum valent, qui in gutture formatur.

דטלנת Literæ linguæ ſive linguales.

גיכק Literæ palati ſive palatinæ.

זסצרש Literæ dentium ſive dentales.

בומף Literæ labiorum ſive labiales.

Hinc conſectarium, uſus in omnibus linguis celeberrimi: ***Literæ unius organi facilè inter ſe commutantur.***

Literæ אהוי ſæpè conſonarum valorem amittunt, & otioſæ, quoad pronunciationem, in voce exiſtunt, quod Hebræi dicunt *Quieſcere*, & inde ***Literæ Quieſcentes*** tunc vocantur. Vulgò אהוי ***Ehevi***, ſive יהוא ***Jehu***, memoriæ causâ appellantur.

CAP. II.

De Vocalibus.

VOcalis eſt, quæ per ſe ſonum edit: eſtque ***Propria*** vel ***Impropria.***

Propria, quæ ſemper vocalis eſt: eſtque ***Longa*** vel ***Brevis.***

Longa, quæ producto ſono effertur: eſtque ***quintuplex.***

Brevis, quæ correpto, & eſt itidem ***quintuplex***: ut,

Longæ

Kametz אָ A obſcurum quaſi cum O mixtum, ut in Germanicis, Abend

Breves

Patach אַ A clarum, ut in Vatter ***Pater***, Sammlen ***colligere***, Dach ***Tectũ***,

He	ה	5	h (ʿ)	*Spiritus aſper primus.*
Vau	ו	6	v	*Conſona fortior quàm* ב.
Sajin	ז	7	ſ	*leniſſimum.*
Heth	ח	8	h	*Spiritus aſperior.*
Teth	ט	9	t	
Jod	י	10	j	*conſona.*
Caph	כ	20	ch	*χ Græcorum.*
Lamed	ל	30	l	
Mem	מ	40	m	
Nun	נ	50	n	
Samech	ס	60	ſ	*acutum.*
Hajn	ע	70	h	*Spiritus aſperrimus.*
Pe	פ	80	ph	*φ Græcorum.*
Tzade	צ	90	tz	
Koph	ק	100	k	*κ Græcorum.*
Reſch	ר	200	r	
Schin	שׁ	300	ſc	*vel χ aut ſch Germanorum.*
Sin	שׂ		ſ	*acutum ut Samech.*
Thau	ת	400	th	*θ Græcorum.*

Litera שׂ irreptitia eſt, non originalis, partim ex prava prolatione τῆ שׁ nata, partim pro ס poſita.

Quinque in fine vocum aliter ſcribuntur, unde literæ *Finales* vocantur: nempe כ מ נ פ צ

Finales, ך ם ן ף ץ

Diſtribuuntur ab Hebræis in quinque ordines, juxta quinque organa, quæ diſtincta ſingularum prolatione occupantur.

אהחע

EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ.

CAPUT I.

De Literis.

GRAMMATICA eſt ars benè loquendi, Hebræis Hebraicè.

Partes ejus duæ ſunt, ***Etymologia*** & ***Syntaxis***.

Etymologia eſt prima pars Grammaticæ, quæ ***vocum ſingularum*** proprietates explicat.

Vox eſt nota, quâ unumquodque diſtinctè notatur: fitque ex ***Syllaba***, unâ vel pluribus.

Syllaba eſt ſonus vocis integer, cujus partes ſunt ***Litera*** & ***Vocalis***.

Litera eſt, quæ cum Vocali ſonum integrum edit, unde & ***Conſona*** dicitur.

Literæ ſunt viginti duæ, omnes Conſonæ.

Nomen.	***Figura.***		***Poteſtas.***	
Aleph	א	1	(')	*Spiritus tenuis.*
Beth	ב	2	bh	*lenioris ſoni quàm* ו.
Gimel	ג	3	gh	*ſoni Germanis incogniti.*
Daleth	ד	4	dh	

Aſt, Scrutare, *inquit*, Scripturas, quærito Moſen,
Ex Iſraelis fonte petantur aquæ.
Ergo linguarum cùm dux ſit primaq; radix.
Ex qua vulgares, Græca, Latina fluant.
Cum non ſit variis multùm ſinuoſa Meandris,
Sed levis & ſimplex, clara, diſerta, brevis:
Nec nodos habeat, ſed tollat, dogmata ſolvat,
Obſcuris lucem præferat atque facem:
Non pudeat ſanctos ſanctam didiciſſe Camœnam,
Nativisq; ſuis Biblia *ſcire tonis:*
Diſcamus breviter linguam, quæ Sancta *vocatur:*
Sanctè, commentis undique ſepoſitis.
Dulcius ex ipſis hauritur fontibus unda,
Oreq; divino purius imbibitur.
Non arcere decet pueros, non pellere quemquam.
Sunt arcana piis omnibus expoſita.
Hæc non Rabbinis tantùm, non obvia clero,
Sed patefacta bonis, ſed reſerata piis.
Nec pudeat claros, inopes, juvenesq; ſenesq;
Cauſidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum;
Æternas noſtræ Tabulas verſare ſalutis,
Cœli theſauros ſcire, ſuumq; Deum.
Non his fomentis Meſſiæ nomina tincta.
Fraudetur pubes, ſanctificoq; cibo:
Sic ethniſſarent mediis in gentibus orti;
Non hoc lacte ſuos Turcica terra nutrit.
ALME DEUS pellas has noſtri temporis umbras,
Tuque tuumque malo promicet orbe jubar:
Diſcere te doceas, dediſcere cætera præ te.
Scire nihil niſi te; nam tua ſcire ſat eſt.

EPI-

Hac protoplaſtus Adam *primævæ ſtirpis origo,*
Hac uſi Patres, Angelicusque *chorus:*
Hac Moſes *Leges ſcripſit, prognoſtica* Vates,
Hac Linguâ Hebræâ *dulciſonaq; lyrâ:*
Hac David *Pſalmos cecinit, Proverbia* Schlomo;
Cœleſti citharâ dulciſoniſq; modis:
Hac olim Chriſtus, *lux et ſapientia Patris,*
Subjecit fræno ferrea colla ſuo:
Suaſit, perſuaſit, fures & ſcorta vocavit,
Hac ſurdos traxit, ſaxaque perdomuit:
Hac Pater *ore ſuo quondam eſt oracula fatus,*
Et cenſenda tamen barbara lingua Dei?
Dulciùs an nobis cæcus reſonabit Homerus,
Quam ſanctus ſancto Spiritus eloquio?
O teneras aures, doctas nimis atque diſertas,
Ut quibus indoctus creditur eſſe Deus.
Unde hæ deliciæ? quorſum faſtidia tanta?
Cùm ſtomachos tantis provocet illecebris?
Non ſic inculta eſt, flores habet atque figuras,
Multis mellifluis tota reſperſa tropis.
Cultior haud Cicero Latialis gloria linguæ.
Non Demoſthenicus gratior ille lepos.
Si facilem quæras, levior non altera lingua,
Nulla tuos tardat longa ſalebra pedes,
Sunt paucæ voces, has unus devorat annus,
In reliquis Babylon cernitur, atque chaos:
Si tibi linguarum placeat grandæva ſenectus,
Prima fuit terris, ultima forſan erit.
Nec juſſit Dominus ſpecus luſtrare Platonis,
Sed nec Lycæum ſolivagamque Stoam:
Non Tuſculani Romana viraria campi,
Quin neque Cecropii roſcida mella ſoli:

Incantant animos gentili voce Sirenes,
Dementat philtris Græca Medæa ſuis.
AT SACRA LINGUA ſacris cur ſic deformis habetur?
Cur ſic à ſanctis putida deſpuitur?
Ethnica cùm regnent, divina, ah! pulpita frigent:
E ſacris roſtris ſola prophana tonant.
Sive legas Græcè te ſtipant mille legentem,
Sive Latina legas, prompta juventa venit.
Judaicæ *ſolùm mœrent, lugentq; cathedræ,*
Haſce ſchola vix, vix unus & alter adit.
Huc pauci reptant, rarò vergentibus annis,
Verbi præcones, parciùs, idq; ſenes.
Linguarum mater ſimplex, verecunda, modeſta,
Caſta, ſevera, gravis, nil triviale loquens;
Quæ volat in cœlum ſuperas evecta per auras,
Quæ ſacro altiſoni conſidet ore Patris;
Non Pythicos tripodes, non Delphica ſomnia jactans,
Aſt Evangelii *dicta ſacrata canens;*
Numinis æterni myſteria condita pandens,
Terrea non redolens, cuncta ſed alta ſonans;
Hæc quid commerita eſt, ut ſic intacta jaceret?
Solaque cur procos non habet iſta ſuos
Diſcendo reliquas totos conſumimus annos,
Has nugas manibus volvimus aſſiduis:
Quis ſopor hic tantus nobis, gravis unde veternus?
Unde hæc Muſicolis nauſea oborta togis?
Hirſutam clamant, dumis ſquallere, refertam,
Spinis, & ſpiſſis ſentibus horridulam.
Qui dedit os homini, qui vocem, plectraq; linguæ,
Ille rudis populo dicitur eſſe ſuo?
Rhetoricæ Doctor, Logices fons atque magiſter;
Nobis facundis hirtus & aſper erit?

Hæ

LAURENTI PHRIDI DE LINGUÆ HEBRÆÆ STUDIO, MONITUM.

SCire prophana quidem ſanctis non credo prophanum,
Si non illotâ mente prophana legas.
Non impura puto puris monumenta ſophorum,
Et non immundis omnia munda reos.
Quæ res humanas agitant, non mordeo, linguas;
Præpono reliquis Sanctum *idiomâ tamen.*
Ethnica quis damnat? modò ſacris ethnica jungas;
Hic ſcopus, hæc ſtudiis ſit Cynoſura tuis.
Aſt ô Chriſtigenæ præcordia barbara cætus,
Hæc ut ſuſpiciant, illaq; deſpiciant.
Quò præceps fertur ſtudium? nimis impia cura
Quò ruït, ut ſpernant ſacra, prophana colant?
Ethnica ſi qua Venus, ſi quæ ſit mellea Pitho,
Hæc fluet in ſenſus blanda Thalia tuos.
Hæc Pandora capit, verbis excompta prophanis,
Incautas mentes Circea pocla movent.
Si commentitio proſtaret fabula ſocco,
Si tragicæ pompæ, denſa caterva volat:
Si totis nervis humanas excolis artes,
Si linguis hominum tantus habetur honos:
Cur hæc linguarum princeps reginaque ſola,
Sola velut nobis ſordida negligitur?
Quæ figmenta docet, furioſi μῆνιν *Achillis,*
Claudos Vulcanos, fulmina bruta Jovis;
Quæ fictô verſu κορυθαιόλον *Hectora narrat,*
Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres?
Quæ varios fucos & fumos vendit inanes,
Quæ picturato carmine ludificat:
O quanto plauſu, quibus hæc amplectimur ulnis?
Quisq; ſuo blandum pectore virus alit.

In

2. Si duæ, ac prior earum dageſſata ſit, tum dageſch illud communiter in primam radicalem נ, rariùs in י, reducendum eſt: ut אֶגַּשׁ à נָגַשׁ: הִצִּיב à יָצַב. At אֶקַּח Accipiam, תִּקַּח Accipies, & reliquæ perſonæ, ſunt à לָקַח: item נִתַּע à לָתַע.

3. Si duarum remanentium poſterior dageſſata ſit, tunc ea geminanda eſt: ut, סַבּוּ Circumdederunt, à סָבַב. Excipe *primò*, ſi dageſch illud fuerit characteriſticum conjugationis, quod ex forma cognoſci poteſt, tum poſtponendum erit ה; ut גִּלּוּ à גָּלָה. *Secundò*, Nomina, חִטָּה Triticum, quod eſt à חָנַט: *item* אַף Ira, בַּת Filia, quæ cum Pronominibus compoſita, recipiunt dages, quod in ſecundam radicalem נ reſolvendum eſt. Nam ſunt ab אָנַף & בָּנָה.

4. Si duarum remanentium neutra dageſſata ſit, tum præponendum י vel נ, rariùs א: vel interponendum ו, aut poſtponendum ה, & rariſſimè א: vel ultima geminanda.

5. Si abjectis ſervilibus unica tantùm litera radicalis remaneat, tum præponendum נ vel י, & poſtponendum ה. Excipe תֵּת Dare, quod eſt à נָתַן: item quaſdam voces Præteriti à מוּת Mortuus eſt, & שׂוּם Poſuit; ut מַתָּ Mortuus es, שַׂמְתָּ Poſuiſti, &c. quæ ſecundam & tertiam radicalem amittunt, ut cap. 13. explicatur.

Quicunque verò bonus fuerit Grammaticus, is Regulis his aut ſimilibus opus non habebit.

LAU-

formari dicunt, Præpoſitiones ſunt, quarum cum Verbo Infinito ſtructura ad Syntaxin pertinet. Neque enim ſimpliciter Gerundia formant, ſed inſignes Hebraiſmos, & periphraſin Temporum Modi Conjunctivi efficiunt.

Porrò qui ultrà hæc generalia præcepta, ad ſpeciales obſervationes progredi cupit, & uberiorem linguæ hujus uſum, & in loquendo elegantiam penitiùs & perfectiùs cognoſcere, eum ad Theſaurum noſtrum Grammaticum remittimus.

REGULAE DE THEMATE FACILE inveſtigando & cognoſcendo

FRuſtra diſputatur de ſenſu alicujus loci, cùm verba ejus non intelliguntur. Verba ut rectè intelligantur, ad thema ſive Radicem veniendum eſt, ejuſque genuina ſignificatio & uſus ex Lexicis, & locorum aliorum collatione, perquirendus. Thema autem propter frequentes anomalias, non ſemper in conſpectu eſt: unde factum, ut Grammatici regulas aliquot de inveſtigando eo annotarint. Has etiam in gratiam eorum, qui minùs in Grammaticis exercitati ſunt aſpergere hoc loco placuit.

Thema ſive Radix apud Hebræos ex tribus communiter conſtat literis, rariſſimè ex pluribus. Quæcunq; præterea literæ ad thema accedunt, vel conſignificant ei aliquid, vel formationi & flexioni ejus inſerviunt, unde *Serviles literæ* in genere appellantur. Hæ itaque rurſus à themate ſeparandæ ſunt. Unde

1. Si abjectis ſervilibus literis, tres remanſerint, eæ thema conſtituunt: ut אֶפְקֹד Viſitabo, à פָּקַד

2. Si duæ,

tantùm in quibuſdam perſonis Præteriti, ideo ſpecialiter eam explico in tempore Præterito, cap. 13. Ex priori autem anomalia convenit cum Verbis Defectivis primâ נ cap. 18.

Ex Verbis quatuor aut quinq; literarum, duo ſunt Quieſcentia, à quibus tantùm extant, וְטֵאטֵאתִיהָ, Et everram eam, Jeſ. 14. 13. יָפְיָפִיתָ Pulchrior effectus es, Pſ. 45. 3. quorum illud ad Præteritum Pihel, Verborum Quieſcentium tertiâ א cap. 30. hoc verò ad Pyhal Quieſcentiũ tertiâ ה pertinet, c. 34. Reliqua omnia ad Pihel & Pyhal Verborum perfectorum refero cap. 14. Hoc itaque modo nihil eorum quæ Grammatici prolixè, fusè & confusè in Verbis proponunt, à me omittitur, ſed omnia rectiùs diſponuntur ſingulaque ſuo loco dextrè, ad laborẽ in diſcendo minuendum, proponuntur.

In paucis quoque aliis à vulgato Grammaticorum ordine diſceſſi. In Nominibus caſuum diſtinctio non eo modo hic ponitur, ut vulgò, Literam ה Genitivi, מ Ablativi notas & quaſi Articulos faciunt. Atqui ה omnibus caſibus præponitur: מ autem æquè ſæpè Ablativo apud Hebræos præfigitur, atque apud Latinos *ab hoc* vel *ab hac*. Quorſum ergo hæ notæ, quæ in uſu ſunt ignotæ? In Verbis Participium *Pahul*, quod vulgo contra omnem ordinem, in forma Activa (exceptâ conjugatione Kal) ponitur, in formam paſſivam repoſui, cùm & ſignificatione & formatione à Præterito paſſivo deſcendat. Infinivum ſimpliciter propono, Gerundiorum quæ appellant, formâ omiſsâ. Nam literæ ב״כלם, per quas Gerundia formari

genera, Verborum ſcilicet vel à י vel à ל vel à נ incipientium. Ex his poſterius tantùm pro Genere accipio. Defectiva primá י quia pauca ſunt, in Quieſcentium genere per exceptionem explico cap. 23. & 24. Defectivorum primâ ל duo tantùm ſunt exempla לָתַע & לָקַח: Illud revoco ad claſſem Defectivorum primâ נ cap. 17. ab hoc tantùm unica vox uſitata extat, נִתָּעוּ pro נִלְתְּעוּ, Job. 4.20. At ex his Genus fieri nec decet nec poteſt, cùm reliqua omnia à ל incipientia ſint analoga.

Quòd verò etiam duo Genera conſtituunt Defectivorum tertiâ ת & נ id fit ἀλόγως. Nam ea Verba non generalem alicujus Conjugationis, imò ne unius quidem integri Temporis, ſed ſpecialem paucarum vocum anomaliam continent, ideoque ſpecialiter ea explico cap. 13.

Ex Verbis, quæ duarum literarum anomaliam habent, plurifaria ac multiplicia conſtituuntur genera, quorum quædam unico, pleraque paucis exemplis comprehenduntur. Ego hæc omnia ſub Quieſcentibus tertiâ א & ה explico. Quam enim in prima vel ſecunda thematis litera anomaliam habent, antè in illis Generibus explicata eſt, ac proinde inutilis tautologia foret, eà denuò repetere, aut tanquam nova in ſpecie, falſò proponere. Cognitâ primùm ſimplici anomalia, quippe quæ generalis eſt, & naturâ ſuâ præcedit, duplex deinde anomalia in poſteriore genere per ſe patet.

In Verbo נָתַן Separata quoque conjugandi formà ob duplicem ejus anomaliam à Grammaticis præſcribitur. At cùm poſterior ejus anomalia fiat

In Verbis primùm traditur analogia conjugandi generalis, cui anomalia, tanquam ſpecies ſuo generi, poſtponitur, oſtenditurque quot modis ea ab analogia recedat. Omnis autem anomalia fit duplici de cauſa : vel quòd Verbum conſtat ex aliqua quatuor literarum Quieſcentium אהוי, vel quòd literam in conjugando deficientem habet, unde Verba ipſa vel *Quieſcentia* vel *Defectiva* appellantur. Quandoque etiam duæ thematis literæ Quieſcentes ſunt, aut mixtim una Deficiens, altera Quieſcens. Ex his ultra triginta vulgò Grammatici faciunt diverſa genera, quæ per ſingulas Conjugationes traducta, labyrinthum conjugationum reciprocis ambagibus intricatiſſimum exhibent. Ex illis ſe abſque tædio extricare, hoc opus hîc labor eſt. Ego hæc omnia in ſex Generibus explico, compendio utili & neceſſario.

Quieſcentium primâ thematis literâ, duo vulgò ponunt genera, unum Verborum à י, alterum ab א incipientium. Prius genus recipio : De altero, quia ſpecialem ferè unius Temporis anomaliam continet, & quidem multa etiam in eo prorſus analoga ſunt, ſpecialem obſervationem pono cap. 13. Sunt qui tertium genus adjiciant, Quiescentium primâ ה ex unico exemplo הָלַךְ Ambulavit. Sed id præter omnem rationem fit. Nam quòd ab eo deducunt Infinitum לָלֶכֶת Ire, Imperativum לֵךְ, Futurum אֵלֵךְ Ibo, & הוֹלִיךְ Ire-fecit, eorum thema eſt יָלַךְ cujus prima radicalis expreſſa in הֵילִיכִי Abducito, Exod. 2. 9.

Defectivorum primâ thematis literâ tria faciunt gener

JOHANNES BUXTORFIUS

LINGUÆ HEBRÆÆ

STUDIOSIS S.

SApientum Hebræorum præceptum eſt, לְעוֹלָם יְלַמֵּד אָדָם לְתַלְמִידָיו בְּדֶרֶךְ קְצָרָה׃ *Semper doceat homo diſcipulos ſuos viâ brevi.* Et Plutarcho in Phocione laudata ſimilitudo eſt: ὡς ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία, πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει; οὕτω λόγου δεινότης πολλὰ σημαίνειν ἀπ' ὀλίγων, *Quemadmodum numiſmatis æſtimatio & præſtantia tanto major eſt, quanto in minore maſſa plus valoris continet: ſic orationis illius vis & acumen majus eſt, quæ plurima paucis ſignificat.* Sic certè in Scholis præſtat paucis multa, quàm plurimis verbis pauca docere, כִּי הַיּוֹם קָצֵר וְהַמְּלָאכָה מְרֻבָּה׃ *Nam dies brevis eſt, & opus multum*, ajunt Hebræi. Maximè verò ii, qui primum linguam vel artem diſcere incipiunt, nec in prolixioribus, nec in gravioribus, quàm captus ingenii ipſorum ferat, ſunt exercendi. Alioquin enim vires vel citò flacceſcunt, vel oneri planè ſuccumbunt. Habetis itaque hìc breviſſima de lingua Hebræa Præcepta, in quibus Grrmmaticæ fundamentum ſolidè ſternitur. Et tamen ne juſto breviora exiſtimetis, de paucis vos monere & inſtruere commodum judicavi, maximè quod Verborum tractationem attinet.

ſimu lcollabaſcere certiſſimum. Linguarum ignoratione, horrendæ tenebræ Eccleſiam Chriſti diu occupârunt: Linguarum dono lux Verbi divini Eccleſiæ reſtituta eſt. Hanc lucem ut ſtudiosè conſervemus, ſummo ſtudio & opere laborandum.

Accipite ergo, Viri Ampliſſimi & Conſultiſſimi, à me munus hoc literarium, benignè & clementer: exiguum quidem illud, ſi vel in ſe ſpectetur, aut cum Amplitudine & Dignitate veſtra comparetur, at ſi ex animo & fine dantis, magnum. Non ex munere animus munerantis eſt æſtimandus, ſed ex animo munus. Deus Opt. Max. Rempublicam veſtram in pace & tranquillitate diu florentem, potenter conſervet. Scholamq́ & Eccleſiam omnis generis bono ubertim locupletet. Baſileæ, 4. Maii, Anno poſt Chriſtum natum M DC V.

V. A. Addictiſs,

M. JOHANNES BUXTORFIUS,
Cammennas Weſtphalus, Linguæ Hebr. in Academia Baſileenſi Profeſſor.

JOHAN-

ita quoq; Hebraicæ Linguæ fundamenta, (ab iis ſaltem, qui Theologiæ ſtudio & Verbi divini interpretationi aliquando operam locaturi ſunt) in Scholis trivialibus & Gymnaſiis jacerentur. Sic enim & ardentiùs & frequentiùs illius ſtudium in Academiis excoleretur, & juventus ſolidiùs de ſacræ Scripturæ interpretatione judicaret. Quod ut magno juventutis malo paſſim negligitur: ita ſummoperè ejus commodo conſulunt illi, qui ſic inſtitutas Scholas habent. Inter hos, Vos Viri ampliſſimi & prudentiſſimi, verè commendandi eſtis, quòd hoc beneficium juventus veſtra ſcholaſtica magno ſuo bono jam ante viginti annos habuit. Eo enim tempore DN. GEORGIUS FABRICIUS, *Scholæ veſtræ tum Conrector, linguam Hebræam fidè & feliciter ibi docere cœpit, à quo & ego prima ejus principia addidici. Quòd beneficium ego gratâ memoriâ recolens, has de Lingua Hebræa Præceptiones, ſub Veſtro nomine publicare volui, partim ut gratitudinem aliquo argumento teſtarer, partim ut me patriæ Scholæ commodis inſervire paratiſſimum & maximè ut ſanctæ hujus linguæ ſtudium porrò quoq; in ea excolatur, & firmiùs implantetur, cupidiſſimum eſſe comprobarem. Nam certè, ſicut Scholis corruentibus, Eccleſias eodem labefactatas motu, corruere neceſſe eſt, ſic labantibus in Eccleſia linguis, puram ſacræ Scripturæ interpretationem*

ſit: per quas in longum circumduci, ſummè tædioſum eſt. In maxima autem omnium rerum perturbatione expeditè progredi, operoſius pro tyronibus negotium eſt. Quæ permiſtè implicita ſunt, ea abrumpunt potiùs, quàm ut ſolvant. Hinc apud hos de profectu deſperatio, apud alios contemptus linguæ oritur: alii magno labore vix mediocres, pauci ſolidos & ex profundo petitos; progreſſus faciunt. Hæc mala nunc utcunq; depellere aggreſſus ſum, propoſitis brevibus hiſce & dilucidis de lingua Hebræa addiſcenda Præceptionibus: brevibus quidem illis in ſe, uſu verò amplis. Sic autem eas propoſui, ut Philoſophorum princeps decernit libr. 1. phyſic. cap. 7. cùm ait: ἔστι γὰρ κατὰ φύσιν τὰ κοινὰ πρῶτον εἰπόντας, οὕτω τὰ περὶ ἕκαστον ἴδια θεωρεῖν, Secundùm naturam eſt communia primùm dicere, tum propria & ſingularia cujusque contemplari. *Et lib. 3. cap. 1.* ὑστέρα γὰρ ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστι, Propriorum contemplatio poſterior eſt contemplatione communium. *Hoc ſecutus ſum, quantum id inſtituti ratio nunc permiſit. Brevia & plana tyrones, (quorum commodis nunc ſervire volui) pleniora provectiores Præcepta tractare debent. Fundamentum in plano ſolidè prius ponendum eſt, quàm implicita reliqui ædificii moles ſuperſtruatur. Optatiſſimum verò commodum eſſet, ut, quemadmodum Latinæ & Græcæ,*

ita

NOBILISS. AMPLISS. CONSULTISS.

VIRIS,

D. D.

CONSULIBUS

ET

SENATORIBUS

Inclytæ Reipublicæ Hammonenſis in Weſtphalia, Moderatoribus prudentiſſimis, Gratiam, & Pacem à DEO Patre.

AD literarum ſacrarum ſolidam intelligentiam, Viri ampliſſimi, nihil tam neceſſarium eſſe, quàm Linguæ ſanctæ Hebrææ cognitionem, in confeſſo eſt apud omnes, qui non corticetenus, ſed profundiùs ſacras literas tractant. Duo autem incommoda ſunt, quæ ab ejus ſtudio adoleſcentes ſæpiſſimè avertunt, Præceptorum Prolixitas & Confuſio. Illa nauſeam & tædium, hæc difficultatem primo acceſſu inſuperabilem objicit: Prolixitas per multivias & reciprocas ambages ferè

Digitized by Google

JOHANNIS BUXTORFI

EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

BREVITER ET METHODICE ad publicum Scholarum uſum propoſita.

ADJECTA SUCCINCTA
de Mutatione punctorum vocalium Inſtructio, & Textuum Pſalmorumque aliquot Hebraicorum Latina interpretatio,

Recenſita, aucta

Et

CONSILIO UNIVERSALI,
de Studio Hebraico ritè inſtituendo promovendo, locupletata

A

JOHANNE BUXTORFIO FIL.

Editio Nona.

Variis in Locis à mendis Typographicis repurgata.

BASILEÆ,
Impenſis JOHANNIS GEORGII KÖNIG.
Anno MDCCX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BL
VR